C. 909
5 Pet

ANTONINI ITER BRITANNIARUM

Commentariis Illustratum

THOMÆ GALE, S. T. P. nuper Decani EBOR.

OPUS POSTHUMUM

Revisit, Auxit, Edidit *R. G.*

ACCESSIT

ANONYMI RAVENNATIS BRITANNIÆ CHOROGRAPHIA,

CUM

Autographo Regis Galliæ Mſº. & codice Vaticano collata; Adjiciuntur conjecturæ plurimæ, cum nominibus locorum Anglicis, quotquot iis assignari potuerint.

Non se cunctantia cursu
Exuæ variant faciem per sæcula gentes.
Manilius.

LONDINI:
Impensis M. ATKINS in Cœmeterio D. Pauli.
MDCCIX.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

~~7 B B 8~~
VII
CC. e

LECTORI S.

MUltum equidem, diuque dubius hæsi an Schedas hasce publici juris facerem, an inter scrinia nostra securas delitescere permitterem. Etenim cum tantum sit hujus ævi acumen ingenii, ut res nulla sit quam non excutiat; tantaq; ejus in censuram propensitas, ut nulla quam non ad limam revocare satagat, quantum periclitatur is, qui oppidorum cadavera (quorum ipsa nomina, ipsæ periere ruinæ) *per*

vias jam vix oculo conſpicuas Lynceo, indagare aggreditur? At quanto major in Cimeriis his pluſquam tenebris ſit difficultas & incertitudo, tanto promptiorem, in quibus erraverimus, veniam expectamus, (non enim a tripode loquimur) illum ſaltem candorem, quo nos alios tractavimus erogare ſperamus.

Hac igitur ſpe fretus, chartas haſce paternas, quibus tamen necdum ultimam impoſuerat manum, ab interitu vindicare aggreſſus ſum; atq; eo lubentius quod & diu commentarios hoſce Pater meus, ὁ Μακαρίτης, *promiſerat, & Britannicarum amatores Antiquitatum illos non minus expectaſſe certo ſcirem. cum vero me ad hoc opus accingerem, longe difficilorem, quam primum ſuſpicatus ſum, pro-*

provinciam me ſuſcepiſſe comperi. Multa reſecare, plura adjicere neceſſe habui. Ubi enim annoſi temporis viciſſitudines, aut manu ſcripti codices, non raro tam de ſtationum nominibus, quam de earum diſtantiis inter ſe plane pugnantes, illam Itinerario *caliginem offuderant, ut exinde pluribus conjecturis daretur anſa; illas retinui quæ & magis mihi probabiles, & quæ præ cæteris ſagaci arriſiſſe Commentatori videbantur. Ubi autem, ut ſæpius obtigerit, non niſi ſtricturæ quædam breves, & prima inchoati modo operis rudimenta ſuppleri poſtulaverint, id ſane, ut poteſt, feci: ita tamen ut veſtigiis illis, quæ ſeſe obtulerunt, preſſius ſemper inſiſtens, nunquam me, vel de tramite deſignato declinaſſe auſus ſum affirmare, vel aliquid Lectori obtruſiſſe,*

ſiſſe, quod non authoris menti maxime conſentaneum fuerit.

Libri, quos contulit, Mſs. fuerunt, duo ex Regis Galliæ Bibliotheca, at cujus benevolentia & opere me latet. Excerptæ Lectiones ſunt aliæ ex libro Col. Agrippinæ *impreſſo, quem cum* Iſaaci Voſſii *Mſ.° collatum nunc obtinet vir clariſſimus D.* Richardſonus, *Collegii Petrenſis apud Cantabrigienſes Magiſter: Debentur aliæ celeberrimo* Bentleyo, *& ſunt ex codice Atrebatenſi deſumptæ. At qui ſub titulo* noſtrorum Mſs. *aliquoties laudantur, neſcio quo fato, nunquam in manus meas devenere, nec quales fuerint, aut ubi gentium ſint habeo dicere: niſi quod penes me eſt in pergamenis Pars illa* Itinerarii, *quæ* Africam, Sar-

Sardiniam, Siciliam, Italiamq; *peragrat, at quæ nulli ſubſidio Britanniam luſtranti eſſe potuit. Legit illa ſemper pro M. P. vel MILLIA PLUS MINUS, vel M. P. M. quod idem denotat; ſed hæc obiter.*

Cæterum cum inter libros D. Edoardi Bernardi *Latinos cum veteribus exemplaribus collatos, duo Antonini Itineraria recenſeret* Catalogus Oxonienſis *ſtatim ad eruditiſſimum, nec minus humanum D.* Hudſonum *literas dedi, ut lectionum iſtarum compos fierem. Ab illo accepi unum non niſi conjecturis quibuſdam ad Marginem notatum fuiſſe, iiſq; admodum incertis; eas tamen miſit, ſed non multum deſiderabuntur: alterum, ſub titulo* Oxonienſis, *ubi aliquid aſfert*

fert novi, Lector obſervabit: at quibus cum ineditis codex hic collatus fuerit, parum conſtat.

Quantillas ab his omnibus ſuppetias accepimus videbit Lector; hoc tamen dixi, non ut derogatum irem a gratiis, quæ viris illis optimis ſummo jure debentur, qui quicquid in penu ſuo habuere lubenter deprompſerunt: Sed ut, cum obſervaverit tam tenuia fuiſſe, quibus innixi ſamus, adminicula, facilius conjecturis noſtris, cum minus arriſerint, condonaret. Ii ſane pro virili ſua opus hoc promoverunt, nec mirum eſt, ſi nuda Locorum nomina, eaq; plerunq; Barbara, poſt tot ſæcula, poſt tot incolarum ſtrages & excidia, ipſarum, quas deſignabant, Urbium, longo jam tempore deleta-

rum

rum, caſus ſubeant. Nil mirum, inquam, ſi volventibus mille & amplius annis, frequentiq; exemplarium ab imperitis tranſcriptione, corrumpantur etiam Numerorum characteres, de quorum certitudine primo forſan deſcriptori haud bene conſtitit. De milliarium vero Romanorum, & Anglicorum ratione mitto dicere, cum clariſſimi E. Haleii *manus artifex proportionem quam inter ſe tenent, in tabula Chorographica libello huic præfixa, accuratius depinxerit, quam verbis exprimi poteſt.*

Authorum loca quæ nobis fidem faciunt ad oram paginæ paſſim adnotavi. Nemo omnium operam ſuam nobis dedit adeo frequens ac Anonymus quidam Geographus Ravennas: *ille autem paucorum in manibus teritur,*

ritur, & mendoſe admodum prodit. quamobrem non abs re fore putavi chorographiam ejus Britannicam de novo typis mandare, atq; eo magis quo collationes, quas magnis ſuis ſumptubus e Bibliotheca Vaticana comparaverat, obtulit nobis, & literariæ reipublicæ amiciſſimus idem D. Hudſonus. *Has adjeci, una cum tot locorum nominibus hodiernis, quot iis aliqua ratione aſſignari potuerint: cum nonnullis etiam conjecturis, & emendationibus, quas exemplari Parentis mei appoſitas inveni. habes & variantes quaſdam lectiones ex Autographo Gallico, a doctiſſimo, dum in vivis fuit, Dom.* Picques, *Doctore* Sorbonico, *communicatas; & hæc omnia eo ordine, Lector, diſpoſui, ut tuo oculo uno eodemq; intuitu ſubjiciantur. Addidi*

didi insuper in margine numeros, qui in editione Parisiensi *(qua usi sumus) paginas distinguunt, & quorum ope loca quæ in Commentariis in* Antoninum *laudantur, facilime etiam in Ravennati nostro investigare possis.*

Te autem, Lector, monitum velim, quod hic non pro aris & focis, non de salute Reipublicæ contenditur. Ut nobis nostras, ita & tibi tuas in tanta caligine conjecturas offerre licet.

----Si quid novisti rectius istis
Candidus imperti.

Debi-

debitaſque tibi habe gratias. Si Stationum rudera, ſi Viarum veſtigia, ſi Paſſuum numeros clarius indigitaveris, te ut potiorem Ducem ultro ſequemur; nec errores noſtros, pro more plerorumque, quia noſtri, vindicabimus.

ADVERTISEMENT.

Hiſtoriæ Britanicæ, Saxonicæ, Anglo-Danicæ & Anglicanæ Scriptores xx. ex Vetuſtis Codd. MSS. Editi Opera Tho. Gale, *S. Th. Pr. Acceſſit Rerum & Verborum Index Locupletiſſimus. Duobus Voluminibus Comprehenſi.*

Juſt Publiſh'd,

† The Life of *Ælfred the Great*, by Sir *John Spelman*, Kt. From the Original Manuſcript in the *Bodlejan* Library: With conſiderable Additions, and ſeveral Hiſtorical Remarks, by the Publiſher *Thomas Hearne*, M.A. Printed at the *Theatre* at *Oxford*. MDCCIX.

ANTONINI

BRITANNIÆ ROMANÆ TABULA ANTONINI Itinerario ADAPTATA.

Milliaria Italica Itinerarij

0 0 1 0 2 0 3 0 4 0 5 0 6 0

Milliaria Anglica Communia

0 0 1 0 2 0 3 0 4 0 5 0

VALENTIA

MAXIMA CAESARIENSIS

FLAVIA

BRITANNIA CAESARIENSIS

SECUNDA

PRIMA

55 54 53 52 51

ANTONINI ITER BRITANNIARUM.

A GESSORIACO DE GALLIIS, RITVPIS IN PORTV BRITANNIARUM. STAD. NUMERO. CCCL.

ITER I.

A LIMITE I. E. A VALLO PRÆTORIVM VSQUE. M. P. CLVI.

A BRAMENIO CORSTOPITUM.	M. P. XX
VINDOMORA.	M. P. IX
VINOVIA.	M. P. XIX
CATARACTONI	M. P. XXII
ISVRIVM	M. P. XXIV
EBVRACVM. LEG. VI. VICTRIX	M. P. XVII
DERVENTIONE	M. P. VII
DELGOVITIA	M. P. XIII
PRAETORIO	M. P. XXV

ITER II.

A VALLO AD PORTVM RITVPAS.
M. P. CCCCLXXXI.

A BLATO BVLGIO CASTRA EXPLORATORVM	M. P. XII
LVGVVALLIO	M. P. XII.
VOREDA	M. P. XIV
BROVONACIS	M. P. XIII.
VERTERIS	M. P. XIII
LAVATRIS	M. P. XIV.
CATARACTONI	M. P. XVI
ISVRIVM	M. P. XXIV
EBVRACVM	M. P. XVII
CALCARIA	M. P. IX
CAMBODUNO	M. P. XX
MANUCIO	M. P. XVIII
CONDATE	M. P. XVIII
DEVA. LEG. XX. VICT.	M. P. XX.
BOVIO	M. P. X
MEDIOLANO	M. P. XX
RVTVNIO	M. P. XII
VRIOCONIO	M. P. XI.
VXACONA	M. P. XI.
PENNOCRVCIO	M. P. XII
ETOCETO	M. P. XII
MANDVESSEDO	M. P. XVI
VENONIS	M. P. XII
BENNAVENNA	M. P. XVI
LACTODORO	M. P. XII
MAGIOVINTO	M. P. XVII
DVROCOBRIVIS	M. P. XII
VEROLAMIO	M. P. XII
SVLLONIACIS	M. P. IX
LONDINIO	M. P. XII
NOVIOMAGO	M. P. X
VAGNIACIS	M. P. XVIII

DVRO-

DVROBROVIS	M. P. IX
DVROLEVO	M. P. XVI
DVROVERNO	M. P. XII
AD PORTUM RITVPIS	M. P. XII

ITER III.

A LONDINIO AD PORTUM DVBRIS.	M. P. LXVI
DVROBRIVIS	M. P. XXVII
DVRROVERNO	M. P. XXV
AD PORTVM DVBRIS	M. P. XIV

ITER IV.

A LONDINIO AD PORTVM LEMANIS.	M. P. LXVIII.
DVROBRIVIS	M. P. XXVII
DVROVERNO	M. P. XXV
AD PORTVM LEMANIS	M. P. XVI

ITER V.

A LONDINIO LVGVVALLIVM AD VALLVM	
M. P. CCCCXLIII.	
CESAROMAGO	M.P. XXVIII
COLONIA	M. P. XXIV
VILLA FAVSTINI	M. P. XXXV
ICIANOS	M. P. XVIII
CAMBORICO	M. P. XXXV
DVROLIPONTE	M. P. XXV
DVROBRIVIS	M. P. XXXV
CAVSENNIS	M. P. XXX
LINDO	M. P. XXVI
SEGELOCI	M. P. XIV
DANO	M. P. XXI
LEGEOLIO	M. P. XVI

EBVRACO	M. P. XXI
ISVBRIGANTVM	M. P. XVII
CATARACTONI	M. P. XXIV
LAVATRIS	M. P. XVIII
VERTERIS	M. P. XIII.
BROCAVO	M. P. XX.
LVGVVALLIO	M. P. XXII

ITER VI.

A LONDINIO LINDVM. M. P. CLVI.

VEROLAMIO	M. P. XXI
DVROCOBRIO	M. P. XII
MAGIOVINIO	M. P. XII
LACTODORO	M. P. XVI
ISANAVATIA	M. P. XII
TRIPONTIO	M. P. XII
VENONIS	M. P. IX
RATIS	M. P. XII
VEROMETO	M. P. XIII
MARGIDVNO	M. P. XIII
AD PONTEM	M. P. VII
CROCOCOLANA	M. P. VII
LINDO	M. P. XII

ITER VII.

A REGNO LONDINIVM M. P. XCVI.

CLAVSENTO	M. P. XX
VENTA BELGARVM	M. P. X
CALLEVA ATREBATVM	M. P. XXII
PONTIBVS	M. P. XXII
LONDINIO	M. P. XXII

ITER VIII.

AB EBVRACO LONDINIVM M. P. CCXXVII.

LAGECIO	M. P. XXI
DANO	M. P. XVI
AGELOCO	M. P. XXI
LINDO	M. P. XIV
CROCOCOLANA	M. P. XIV
MARGIDVNO	M. P. XIV
VERNOMETO	M. P. XII
RATIS	M. P. XII
VENONIS	M. P. XII
BANNAVANTO	M. P. XVIII
MAGIOVINTO	M. P. XXVIII
DVROCOBRIVIS	M. P. XII
VEROLAMIO	M. P. XII
LONDINIO	M. P. XXI

ITER IX.

A VENTA ICENORVM LONDINIVM.	M. P. CXXVIII.
SITOMAGO	M. P. XXXI
COMBRETONIO	M. P. XXII
AD ANSAM	M. P. XV.
CAMVLODVNO	M. P. VI.
CANONIO	M. P. IX.
CAESAROMAGO	M. P. XII
DVROLITO	M. P. XVI
LONDINIO	M. P. XV

ITER X.

A GLANOVENTA MEDIOLANVM. M. P. CI.

GALAVA	M. P. XVIII
ALONE	M. P. XII
GALACVM	M. P. XIX
BREMETONACIS	M. P. XXVII
COCCIO	M. P. XX
MANCVNIO	M. P. XVII
CONDATE	M. P. XVIII
MEDIOLANO	M. P. XVIII

ITER XI.

A SEGONTIO DEVAM. M. P. LXXXIII.

CONOVIO	M. P. XXIV
VARIS	M. P. XIX
DEVA	M. P. XXXII

ITER XII.

A CALLEVA MVRIDVNVM VRIOCONIVM. M. P. CLXXXVI.

VINDOMI	M. P. XV
VENTA BELGARVM	M. P. XXI
BRIGE	M. P. XI
SORVIODVNO	M. P. IX
VINDOCLADIA	M. P. XII
DVRNOVARIA	M. P. VIII
MVRIDVNO	M. P. XXXVI
SCADVM NVNNIORVM	M. P. XV
LEVCARO	M. P. XV
BOMIO	M. P. XV
NIDO	M. P. XV

ISCA-

ISCALEGVA AVGVSTA	M. P. XV
BVRRIO	M. P. IX
GOBANNIO	M. P. XII
MAGNIS	M. P. XXII
BRAVINIO	M. P. XXIV
VRIOCONIO	M. P. XXVII

ITER XIII.

AB ISCA CALLEVAM M. P. CIX.

BVRRIO	M. P. IX
BLESTIO	M. P. XI
ARICONIO	M. P. XI
CLEVO	M. P. XV
DVROCORNOVIO	M. P. XIV
SPINIS	M. P. XV
CALLEVA	M. P. XV

ITER XIV.

ITEM ALIO ITINERE AB ISCA CALLEVAM M. P. CIII.

VENTA SILVRVM	M. P. IX
ABONE	M. P. IX
TRAIECTVS	M. P. IX
AQVIS SOLIS	M. P. VI
VERLVCIONE	M. P. XV
CVNETIONE	M. P. XX
SPINIS	M. P. XV
CALLEVA	M. P. XV

ITER XV.

A CALLEVA ISCAM DVMNONIORVM M. P. CXXXVI.

VINDOMI	M. P. XV
VENTA BELGARVM	M. P. XXI
BRIGE	M. P. XI
SORBIODVNI	M. P. VIII
VINDOCLADIA	M. P. XII
DRVNOVARIA	M. P. XI
MORIDVNO	M. P. XXXVI
ISCA DVMNONIORVM	M. P. XV

COM-

COMMENTARII IN ANTONINI Antonii Augusti. Bentl. Iter Britanniarum.

CODEX noster Mſ. legit ANTONII, quemadmodum & ITINERARIUM. Cui ex iis Romanorum imperatoribus, an ulli, qui nomen Antonini geſtarunt, Itinerarium hoc tribuendum ſit, merito ambigitur. Opus ſanè a diverſis conſutum videtur, quod non negari poteſt, ſi vel minima pars ab aliquo Antoninorum Impp. deſcripta fuerit: quippe quorum ultimus longè ante Conſtantinopolim, aliaſq; urbes, quarum in eo fit mentio, fundatas vixerit. Et ſi noſtræ de Glevo, a Flavio Conſtantino, poſito, veræ ſint conjecturæ, non parùm huic adſtipulantur opinioni. Inchoatum forſan ab Imperatorum iſtorum aliquo, auxerunt alii qui ſecuti ſunt, prout occaſio vel ſtationes militares viſitandi, vel nova præſidia ad Barbaros reprimendos collocandi, poſtularet: an unius, an plurium, vel cujus ſit hoc opus non

multum refert; hoc sanè dolendum est, quod nesciamus cui ob tantam lucem, locis alioquin summâ caligine involutis, affusam, gratias referre debemus.

V. Catull. Ep. 27 & 43.

BRITANNIARUM. Romani Insulam hanc nostram & Britanniam, & Britannias dixerunt, imo antequam in plures Provincias dividebatur. Britannia videtur primitùs divisa fuisse a Severo per aggerem a Clausento ad Gabrosentum, ductum; ita ut omnis Regio ad Orientem istius aggeris esset *Britannia Prima*, quæ propiùs mari, & Romæ adjacet, & quæ Dioni est Ἡ πρώτη: Illa autem ad Occidentem *Britannia Secunda*, & Dioni Ἡ ἄνω. Cum autem sextus Rufus in Britanniâ numeret quatuor Provincias, veri est simile *Maximam Cæsariensem* a Flavio Constantino Magno, quemadmodum & *Flaviam Cæsariensem* ex aliis illis desumtam fuisse, & non a Maximo Clemente ut vult Pancirollus. Scripsit enim sextus Rufus sub Valentiniano primo, & Maximæ Cæsariensis meminit, erat autem Clemens ille Maximus sub Theodosio Magno Tyrannus. Ammianus Marcellinus, qui etiam sub eodem vixit Theodosio, Valentiæ meminit provinciæ, & post illum Notitia Imperii itidem Quinque numerat Provincias, inter quas & Valentiam. Illam cæteris adjecit Theodosius, Theodosii Magni pater; quæ tamen pars priùs fuisse videtur *Maximæ Cæsariensis*; contineri autem inter Murum Severi, & præsidia illa inter Glottam & Bodotriam posita. *Instaurabat*, Inquit A. Marcellinus, *urbes*; *& præsidiaria, ut diximus, castra, limitesque vigiliis tuebatur, & prætenturis*; *recuperatamque Provinciam quæ in ditionem cesserat hostium, ita reddiderat statui pristino, ut referente eodem*,

Notit. dignit. Imp. p. 157.

L. 28. c. 3.

dem, & rectorem legitimum haberet, & Valentia *deinde vocaretur arbitrio Principis*, &c. per præſidiaria caſtra, limiteſq; quos tuebatur vigiliis & prætenturis, præſidia iſta inter Glottam & Bodotriam deſignari nullus dubito, nec alia eſſe potuerunt.

Ordo itaque Britannicarum Provinciarum hic fuit,

1. Britannia prima, ſive inferior, ſub Severo Orientalis pars inſulæ.

2. Britannia ſecunda, ſive ſuperior, ſub Severo pars Occidentalis inſulæ, ex his fecit Conſtantinus M. duas alias, quæ nomen habuerunt, hæc

3. Flavia Cæſarienſis, illa

4. Maxima Cæſarienſis, prior Glouceſtriam, ſeu Glevum, caput habuit, & per regiones inſulæ mediterraneas, Icenoſque porrigebatur: altera populos inſulæ Boreales, quotquot Romano ſubmiſſi erant jugo, incolas habuit; ejuſque pars ulterior, inter præſidia Sterlingenſia, & murum Carleolenſem a Pictis, per Theodoſium recuperata, nomen cepit

5. Valentia, in honorem Valentiniani Imperatoris, eratq; ſicut & Maxima Cæſarienſis Provincia Conſularis, tres reliquæ Præſidiales.

A GESSORIACO DE GALLIIS, RITVPIS IN PORTV BRITANNIARUM. STAD. NUMERO. CCCCL.

Mira eſt in his librorum Mſſ. varietas, omiſſis aliis placet illa maximè lectio, quam ipſe Antoninus in Itinere Maritimo oſtendit.

DE GALLIIS A PORTV GESSORIACENSI AD PORTVM RITVPIVM STAD. NVM. CCCCL.

STAD. N. CCCCL. ſic Dio, & Beda. Stadia CCCCL. efficiunt milliaria Anglicana LVI. quæ vera eſt inter *Richburrow* & *Mardike* diſtantia. A Ptolemæo Geſſoriacum ad ſeptentrionem Icii promontorii locatur, itaq; nec ſitu nec diſtantiâ a Ritupiis cum Boloniâ convenit: quæ Ammiano Marcellino, eodem fere quo hodie diſtinguitur nomine, innotuit, de Ritupiis infra.

Bononia. Amm. Marcell. l. xx. c. 1.

ITER I.

A LIMITE I. E. A VALLO PRÆTORIVM VSQUE. M. P. CLVI.

Voſſ. Bramæn.	A BRAMENIO CORSTOPITUM.	M. P. XX. *Rutcheſter.*
	VINDOMORA.	M. P. IX. *al. V. Dolande*
Voſſ. Vinonia.	VINOVIA	M. P. XIX. *Bincheſter.*
	CATARACTONI	M. P. XXII. *Catarick.*
Bent. VIII.	ISVRIVM	M. P. XXIV. *Aldburrough*
	EBVRACVM. LEG. VI. VICTRIX.	M. P. XVII. *York.*
	DERVENTIONE	M. P. VII. *Aldby.*
	DELGOVITIA.	M. P. XIII. *Wighton.*
Bent. XXII. & Ox.	PRAETORIO.	M. P. XXV. *Patrington.*

A LI-

A LIMITE. I. E. AVALLO. Camdenus delet iſta I. E. A VALLO, & putat eſſe gloſſema. Credo ego *Antoninum* ſcripſiſſe A LIMITE IN VALLO, certè *in Vallo* idem eſt illi ac *per Vallum*. Vide paginam 54. Editionis Suritanæ, ALTINO IN MEDIO LEG. ſic Mſs. Item AD STATVAS IN MEDIO ALISCA. Iterum, GERVLATAM IN MEDIO CARNVNTVM, & IN MEDIO FALERNO AD TANARVM. alibi nihilominus ſic loquitur A LAVRIACO PER MEDIVM AVGVSTA VINDEL. Iterum, & ad id quod urgeo propiùs, ITER A TVBVRBO PER VALLOS TACAPAS. Sanè Antoninus qui nunc in manibus verſatur nimium inemendatus eſt, ſed ex diligenti collatione multis in locis ei per ſe medicina fieri poteſt. Pag. 16. legis ITER QVOD LIMITEM TRIPOLITANVM PER TVRRIM TAMALLINAM DVCIT. Vera lectio ſeſe aperit p. 72. ubi ſic, ITER QVOD A LIMITE TRIPOLITANO, *&c.* Corruptus eſt ille etiam locus p. 71. A LAMINIA AB VRBE PER PICENVM, nam Mſs. codices legunt A FLAMINIA AB VRBE, *&c.* Sic ergo ut redeam, A LIMITE IN VALLO capiamus ac ſi dixiſſet Antoninus A LIMITE [ut nunc conſtituitur] PER VALLVM [Severi] PRÆTORIVM VSQVE.

Quæri hic meritò poteſt qualis hic fuerit Limes, & quando factus Antemuralis Romani Imperii terminus. Audiamus Camdenum, *Severi filius, Antoninus Caracalla belli* [*Britannici*] *reliquias aliquantiſper in Britanniâ eſt proſecutus ſed ſtatim pacem fecit, agris, caſtelliſque hoſti ceſſit.* Ex hoc tempore Romani ferè ſe intra cincturam muri Severiani continuere: ibi

P. 49. *Edit. Lond. Ann.* 1607.

ibi caſtra, ibi turres, ibi vallus maximus cum foſsâ profundiſſimâ; ita tamen ut pro more, & diſciplinâ veteri Militis pars ſtationes prætenderet agrarias, ad ſubitos hoſtium incurſus explorandos. Ex horum præſidiorum genere fuit Limes iſte a quo iter primum Antoninus (& ſi fuerit Antoninus non eſt alius fortaſſe ab Antonino Caracallâ) auſpicatur.

A BREMENIO. *Biampton* ad fl. *Bramiſh* in Northumbriâ.



Forte Deabus Rumabus Sacrum. Cuiq; legioni ſui aderant exploratores. Duæ hîc Legg. erant II. Auguſta, & VI. VICTR: Numerus hic Exploratorum forſan ad unam, & ii Exploratores ad Rumabo ad alteram pertinebant, poſſint & iidem diverſis temporibus hic & illic collocari.

P. 661. Saxum hoc Camdenus ait repertum fuiſſe ad *Rocheſter* prope fontes fluminis Rheadi, & melius conſtabunt numeri inter *Rocheſter* & Corſtopitum quam inter Corſtopitum & *Bramton*: ita tamen ut nec hi, ad

ad veritatem omnino accedant. Cum igitur errent utrobique, neutris nimiùm eſt adhibenda fides. Certè niſi ad *Bramton* Bremenium hoc indagemus, nullo modo Anonymo Ravennati qui Bremenium ultra Coquedam fluv. *(Cocket)* nec Ptolemæo qui trans Alaunam *(Alnewick)* illud ſtatuit, ſatisfaciamus.

Quanquam autem Bremenium ſit recepta lectio, non dubito quin aliter illud nomen ſit ſcriptum. Sanè Simlerus edidit Bramenium, & Codex Voſſianus Mſs. legit Bramænio. Atq; hæc non tantum confirmant conjecturam noſtram (a nominum conſonantiâ) quæ ſtatuit Caſtrum hoc ad *Bramton* juxta *Bramiſh*, ſed veram lectionem aperiunt iſtius aræ apud *Lowther* in Weſtmorelandia olim repertæ.



Lego enim BRAMAE VEXILLATIO GERMANORVM. Aldus edidit AB REMÆNIO non ſine manifeſtâ dipthongi notâ, & quoniam videam DEAS MATRES a Germanis eximiè cultas fuiſſe, quod ex multis apud Gruterum, & Reineſium inſcriptionibus patet, conjicio Vexillarium, vel vexillationem Germanorum hanc ſacraſſe Aram Bramænii: ubi & illa prior erecta fuit, nec moratur me quod non Bramænii ſed ad *Lowther* eruta hæc fuit: nimi-

nimirum poſt retractum Limitem, Romani monumenta etiam hujuſmodi ſecum retraxiſſe videntur, ne in hoſtium poteſtatem venirent.

P. 306. Apud Anonymum Ravennatem poſt Bramenium, aliquot aliis oppidis interpoſitis, ad Vallum occurrit Rumabo, forſan hodiernum Caſtrum *Drumbugh*. de hoc autem oppido, altum, ut opinor, eſt apud Scriptores ſilentium. Non igitur pigebit in medium adferre quod nunc occurrit, donec dies certiora doceat. DEAE MATRES (quæ & MATRONÆ) a loco ubi colebantur cognomen capiebant. apud Gruterum p. XCI. habes DEABVS MALVISIS, & MATRONIS ROMANEHIS, quales illæ videas paginam ſequentem ejuſdem. cum igitur legerem apud eundem Pag. priori Aram inſcriptam,

MATRONIS
RVMAEHABVS
SACR
L. VITELLIVS
CONSORS EXPLO.
LEG. VI. VICTR.

Reineſius vult Deos denominari a locis. Vide eum in Auſeniabus.

Cæpi hæc duo inter ſe conferre, nec tamen ſtatuere poſſum an Deæ Matronæ a Rumabo oppido, an vice verſâ hoc a Deabus appellatum fuerit, quoniam a tranſmarinis ad nos ſacra iſta perveniſſe probabile eſt. Legio certè VI. VICT. ſtationem habuit Carleoli, Exploratores forſan ejus ad Rumabo, *Drumbugh*; caſtrum quod totum Itunæ æſtuariùm proſpicit.

Ad

Ad has Deas pertinebat & Ara, quam in meridionali Tinæ ripâ prope *Shields*, inventam edidit eruditiſſimus M. D. Martinus Liſter in Philoſophicis Tranſactionibus. N° 145.



CORSTOPITVM. codex noſter MSS. legit CORISOPITO. & alius CORIOSOPITO. Ptolemæo eſt Κορϛία, Κορία, & Κορία, vulgo *Corbridge* habetur. Coriſopitenſes, vel Corioſopitenſes ex Galliâ loco nomen fecere, qui hic ſtationem habuerunt. Corioſopitum civitas erat in Gallia Lugdunenſi Tertiâ quæ & ſcribitur Coriſopitum. *V. Notitias Galliæ apud Du Cheſnium Tom. 1. p. 9.*

VINDOMORA *Wallſend* Cambdeno; Adeo hic propè Vallum Caſtra ſunt aſſidua, quorum tamen plerumq; deperdita ſunt nomina, ut difficile ſit Antonini Stationes cum illis componere. Hanc difficultatem augent numeri apud Antoninum ſæpiùs depravati. Ad VINDOMORAM hanc nunc IX. nunc V. figuntur M. P. Porrò ſolus Antoninus Vindomoræ meminit. Cum verò iter hoc ad meridiem tendens murum reliquerit, non quare curſu reflexo ad Finem Muri, *Wallſend*, reverteretur video. Notitiæ Imperii habent Vindolana, & Ravennas in hoc itinere mittit Vindolande ante Lineojuglam, & Vinoniam. Jam ad quintum a *Corbridge* lapidem occurrit *Dolande*. Hoc eſſe Vindolana, vox ipſa ſuadet, & recta ferè linea quæ nos ducit ad Vinoniam.

P. 177.
P. 304.

VINONIA. quæ vera eſt lectio, *Bincheſter* Cambdeno, propè *Biſhops Aukland*: nec multum refragatur diſtantia a *Dolande*: apprimè autem convenit illa ex alterâ parte quæ Cataractonium ducit, ſi viam ſequaris Romanam quæ olim Teſim fluvium, ad oppidum, quod nunc vocatur *Winſton*, tranſibat: & cujus hodiè veſtigia propè *Alebrugh*, & *Stanwicks*, ſatis ſunt conſpicua. Ptolemæus ſcripſit Οὐινόνιον: *On* & *Onnen* Britannicè ſunt *Fraxinus*; juxta *Bincheſter*, viculi *Hunwick* ſonum dictionis, & *Eſbromb* ſignificationem exprimunt. illic rudera teſtantur antiquæ civitatis ſplendorem (Ptolemæus eam numerat inter ἐπισήμους πόλεις) ſed & murorum fragmenta adhuc luctantur cum edaci tempore. Optimus

Stanwicks.
Stanwegges.
viæ lapidoſæ.

Optimus Camdenus lapidem ſemeſum a fati faucibus hic extantem vindicavit.

CATRACTONI. *Cattarick.* Καλυρακτόνιον Ptolemæi. Cataractonium Ravennatis. Vicus eſt ad fluvium Salonem, vulgo *Swale* III. M. P. citra Rigiomontem. Scrupuloſius inquirenti videbitur *Burgh* fuiſſe vetus Cataractonium, ad ripam fluminis meridionalem, ubi nummi Romani, quorum aliquot ad me devenerunt, frequenter ſe fodientibus objiciunt, non multis abhinc annis, magna vis inventa in olla grandi, in manus Domini Joannis Lawſon Baronetti, ibidemque degentis incidit. Creditur Salo ma- *Richmond.*

gis ad Orientem ſe nunc volvere quam olim, ponſq; hodiernus ſuperiùs locum obtinuiſſe. Juxta oppidum hodiernum cernas, ſed a ponte M. P. remotam, magnam humi aggeſtionem, vocatam incolis *Caſtle-Hills*, (Colles Caſtrenſes) quatuor quondam turribus munitam: viam quoq; militarem flumen ſuperiùs paulò tranſeuntem, veſtigiaque paſſim magnæ olim urbis a collibus illis ad *Burgh* uſq; diſſeminata. Sed cum iſtis temporibus nihil deprehenderent Romani, præter Cataractam non procul a Rigiomonte noſtro, unde nomen durabile huic Burgo imprimerent, placuit vel inde arceſſere. Credas haud ignobile fuiſſe, vel obſcurum Ptolemæo vivente oppidum; ibi utiq; Obſervationem Cæleſtem fecit, diſtare enim Cataractonium ait ab Æquatore partibus LVII. lib. 2. Synt. cap. 6. & idem rursùs in Geographicis longiſſimum diem XVIII. horis æquinoctialibus ibidem definit. Quæ tamen ſunt ἀσύστατα, corrigique debent, in l. 8. Geogr. ubi cum quodam Mſ. ἡμέραν ὡρῶν ιζ, non ιη legi vellem.

Credo autem errare eos qui volunt hoc oppidum a Beda deſignari, cum de Jacobo Sancti Paulini diacono loquens inferat, *Cujus nomine vicus in quo maximè ſolebat habitare juxta Cataractam, uſque hodiè cognominatur.* Nam vicus ille quem innuit Beda *Aikburgh*, hodiè dicitur i. e. Jacobi Burgus, & jacet inter *Tunſtall* & *Hunton* ad tertium a Cataractonio lapidem.

Sequentem haud pigebit adjicere inſcriptionem, quoniam nullibi niſi in Philoſophicis Tranſactionibus, & in illis perperàm, exarata compareat.

A. D.

P. 13.

A. D. 1703. dum in Ripa Salonis citeriori, haud centum infra pontem paſſus, ad fornacem Calcariam inſtruendam, navabant operam quidam loci incolæ, Cryptam quinq; repletam Urnis detexerunt. Una grandior in medio ad utrumq; latus duabus minoribus ſtipata locabatur. Omnes ſtatim ruſticorum avaritia, qui ſibi Pactoli opes pollicebantur, in fruſtula comminuerat, ita ut vix & ne vix quidem unius Anſa (anſatæ enim erant omnes) ſuperiores inſcripta literas, integra ſit e barbaris manibus erepta. Jam penes virum humaniſſimum D. Henricum Lawſon, Bar. fundi dominum conſpicitur.

Actus publicus a Cataractæ Burgo, juxta *Fencoat* & ita per *Leming* oppidula, dorſo Saxoſo ad *Iſurium*, *Aldburrough*, procurrit. *Brugh.* Non procul a *Wath* viculo, viam aliam militarem adoptat, quæ a Burgo, *Brugh* propè *Bainbridge*, deſcendit ad *Thornbrugh* juxta *Noſterfield*. ubi hodiéq; cernuntur caſtra æſtiva Romanorum, foſſis adhuc ſatis conſpicuis. Inſcriptio autem hæc, quæ Camdeno debetur, ad *Thornbrough* paulò ſupra pontem Cartarractonienſem, referrenda eſt.

Heic



BFC OS. *beneficiarius Conſulis legit Reineſius.* 171.

Ultimo Commodi Imp. anno, V. C. 944

Hic obſervare non abs re erit, quod via quæ ducit a Londino ad Carleolum *Herminſtreet* dicebatur, nomenque id a Mercurio, ſive Hermete, deo qui vias commentus eſt, iiſq; præſidet, ſortita fuiſſe videatur.

Burgus ille alter, *Brough* propè *Bainbridge*, (ut hoc ὁδοῦ παρεργον dicam) a Romanis Brachium videtur fuiſſe dictus. Collis autem vallatus, qui nunc ibi vocatur *Ethelbury*, in Monaſtico Anglicano ſub nomine *Anchelburi*, occurrit, Anchell autem eſt Brachium Britannicè.

V. Camd. p. 592.

Vol. 1. *p.* 878.

ISV-

ISVRIVM. *Aldburrough.* aliter ISVRIA. fluvius iſte qui hoc præterfluens oppidum, Urus adhuc vocatur, nomen Iſis paulo infrà aſſumit; olim vero priori tantum dignoſcebatur. *Is* Britannis eſt *inferius* quidvis. Unde, cum jam longo Urus curſu, a montibus ubi oritur, in loca depreſſiora, & planities dilapſus ſit, appellationem Uri Inferioris cœpit; indéque etiam Iſurium, ſuum habuiſſe nomen veriſimile eſt. In alio Itinere Antoninus vocat hanc urbem ISV BRIGANTVM, contractè pro ISVRIVM BRIGANT: Conjiciat hinc aliquis aut Iſurium aliud eſſe alibi, aut hoc fuiſſe olim (ante Severi, aut Conſtantii Chlori, ſeu Conſtantini Magni tempora, ſub quibus Eboracum primas tulit) Brigantum Caput. omni proculdubio civitas hæc Romanis mirè placuit, arguunt hoc multa, & maniſeſta eorum monumenta.

Ure. Yore. Ouſe.

ITER V.

Fuitne hoc Brigantum civitas quam aggreſſus eſt Petilius Cerealis? Tacit. in vitâ Agricolæ.



Paulo


Page 16.
altū pedū 22.4
1
2
3
4
1 } Saxa quorum al-
2 } titudo est ped. 22
3 } cum dimidio.
4 Lacus ubi olim stetit
quorum cujus alti-
tudo fuit ped. 22

Paulo infra Iſurium, occidentem verſus tria nunc ſtant præſignia ſaxa, non dolata, pyramadalis figuræ, in ortum quaſi proſpicientia. Hæc cum Lelando credas fuiſſe tropæa a Romanis poſita, cum aliis Deos Britannorum; mihi quidem Hermæ videntur fuiſſe, qui heic ſtatuebantur ad Quadrifinium. Apud Gromaticos ex editione Goeſii p. 247. ſic iſta confirmari exiſtimo. *Petræ ſi duæ, aut tres, aut quatuor, taxatæ, non perdolatæ a ferro, in quadrifinio inventæ fuerint, ab Oriente per convallia limitem oſtendunt.* fuerunt autem iſta ſaxa quatuor numero, jam vero ponticulus in viciniâ ex uno eorum ſubverſo conſtructus cernitur. habent ſingula in ſummitate foramen excavatum, in quod caput olim defixum eſſe parùm dubito. *Quid mirum igitur*, inquit Voſſius, *ſi & viæ monſtratio Mercurii ſtellæ ſit attributa, quando Mercurius fingeretur formâ capitis humani impoſitâ lapidi quadrato, cui inſcriptum foret quô via duceret. Ponebantur autem hujuſmodi Hermæ in biviis, triviis, quadriviis.* agnoſco jam nullas in illa legi literas, ſed edax tempus quod non unum in duris hiſce petris ſulcum detrivit, iſtas etiam abrodere poſſit. Quid niſi deum hunc ſub hac formâ, & nomine ERMINSVL, quod eſt *Mercurii Columna*, coluerunt & Saxones? Quatuor porro illi fines qui quadrifinium conficiebant, quatuor viis publicis limitabantur: nec erit difficile vias illas deſcribere. Primam, perſpicuitatis gratiâ, pono illam a Cataractonio; Secundam facio, quæ ab Olecanâ ad M. P. XVII. ab occidente deſcendebat per Burgum *Knaresburgh*; Tertia huc a Legeolio per vadum Sanctæ Helenæ juxta

Vulgo The Devil's Arrows.

Ἑστήκασι δὲ ἐπὶ τοῖς ὄρεσι Ἑρμαῖ λίθοι. *Pauſan. in Corinth.*

Ὁ μὲν δὴ παρὰ τὸ μνῆμα ἕστηκεν Ἑρμῆς λίθος τετράγωνον σχῆμα. *Pauſan. in Phociis.*

Idololatr. l. 2. p. 239.

V. Kircheri œdip. Ægypt. v. 1. p. 392.

Ermin *Mercur. Suyl. Columna.*

Ikley.

Caſterford.

Wetherby ducebat; & quarta huc ab Eboraco procedit.

Sed & alia antiquitatis ſuæ oſtendit veſtigia Iſurium, vidi hic pavimenta teſſellata, eleganter diſtincta, & tunc primùm longo ſqualloré purgata: vidi fragmentum craſſum portæ, cui adhærebat ferreus cardo, valde addeſus, jam tum humo extractum. Nummos, aquæductûs, murorum tractûs paſſim eſt cernere. Nuper, ut accepi, torques aureus, appendentibus neſcio quibus ſignis rotundis ibidem iventus fuit. Viſitur jam in templi parochialis veſtiario, ſtatua ex lapide efformata cornuto capitè, pedibus ungulatis, ſeu bovinis. Extat in pariete propè diverſorium dictum *the Poſt-houſe*, in vico *Burrow-bridge*, quæ ex cineribus Iſurii ortum habuiſſe certum eſt, lapis literis his grandioribus inſculptus.

Murorum tractus aream includunt quadratam ferè, LX jugerum.



Cæterum

Cæterùm numeri in Mſs. Antonini hic & ubiq; adeo ſunt incerti, ut vix aliqua ratio de iis habenda ſit.

EBVRACVM. LEGIO VI. VICTRIX. Extat Severi Imperatoris nummus in quo dicitur. *Goltzii Theſ.* p. 239.

COL. EBORACVM. LEG. VI. VICTRIX.

Aliqui codices Mſſ. Antonini ſi legunt EBVRACVM. M P M. VI. VICTR. M P M XVII. i. e. *Eburacum Municipium Sextæ Victricis, mill. paſſ. XVII.* & Aurelius Victor in Severo *Municipium* Eboracum vocat. At hæc non pugnant, ſæpè enim idem oppidum apud Scriptores & Colonia & Municipium audit. de hoc adeas Velſerum de Rebus Auguſtæ Vindelicorum, & Camdeni Britanniam, qui quod ita ſit abundè ſatisfaciunt. *Codd. R. Galliæ.* p. 279. p. 572.

Cæterùm Eboracum, vel Eburacum formatur a voce Britannicâ: fuerit ea *Wruch*, *Vruch*, *Ebrauch*, *Effreoch*, vis Vocabuli eſt *ſuper Vrum*, fluvium, qui licet hodiè ad Eburacum *Iſis* vocatur, olim per totum aquarum ſuarum curſum nomen Uri retinebat, & hinc certe Latini Eburacum expreſſerunt. Porro nondum mihi conſtat a quoquam idoneo Authore clariſſimam hanc urbem appellari Brigantium; Nam locus ille, quem adduci ex libro ſecundo Ptolemæi Magnæ Syntaxeos video, vereor ut hoc probet. Ibi enim Scriptor ille quiſquis fuerit, ſic gradatim procedit. primo ponit Brigantium in viceſſimo ſecundo parallelo; mox mediam Britanniam in viceſſimo tertio, & Cataractoni- *Ouſe.*

um in viceſſimo quarto locat. At nemo dixerit Eburacum, & Cataractonium tam longo diſtare intervallo. hæc dixi ut non imminutum irem vetuſtam chariſſimæ patriæ gloriam: puto autem Brigantium hoc in loco mendosè ſcriptum eſſe pro Segontio, vel pro *Brecannioc*, cui loco lineæ metientes Ptolemæi melius conveniunt: & Latinus Interpres ſimile quidpiam legit, nam vertit *ſuper* Bericanas *terræ Britannicæ*.

Brecknock.

In vita Severi c. 22.

Certè Spartianus per Excellentiam *Civitatem* vocat Eburacum: meritoq; contendunt viri docti hanc hujuſce inſulæ fuiſſe Metropolim; cujus rei argumentum inde capio, quod tempore Conſtantini Magni videam tractum illum in quo ſedet Eburacum, dici *Britanniam Primam.* & inter Britannorum Epiſcopos primus collocatur in ſubſcriptione Concilii Arelatenſis *Eborius Epiſcopus.*

De Civitate Eboracenſi ſcribit verè, quem primum Edimus, Alcuinus.

Hanc Romana manus muris, & turribus altam
Fundavit primo ——
Ut fieret ducibus ſecura potentia regni,
Et decus Imperii, terrorq; hoſtilibus armis.

Nec deſunt alia quæ Eburaci Antiquitatem, & magnificentiam loquantur: taceo Bellonæ templum; Prætorium in quo Papinianus (Juris aſylum) Jus dixit; Severi palatium, & Cænotaphium ad *Severſho* (montem ab eo ſic dictum), Balneum propè Palatium

Palatium in ædibus inde nominatis, a Saxonibus *Baderan*, & hodie *Beddern*; muroſq; in proximo, lapide quadrato, & Romanorum laterum variis ordinibus Diatonicis firmatos. Addam tamen Severi reſcriptum, licet ab aliis productum, ex. Cod. LIII. tit. 32. *De rei Vindicatione.*

Etiam per alienum Servum, bona fide poſſeſſum; ex re ejus qui eum poſſidet, vel ex operis Servi acquiri dominium, vel obligationem placuit, *&c.*

P. P. III. NON. MAII. EBORACI. FAVSTINO ET RVFO COSS.

Addam & aram ex Schedis v. d. M. Liſteri, quæ nunc cernitur in * hortis Fairfaxianis.

* At the D. of *Buckingham's* Houſe in *Skeldergate, at non hodie ibi reperiri poteſt.*



Hæc

Hæc etiam extat in muro Eccleſiæ *Northſtreet-Church*, vocatæ.

In Micklegate. Intra ſeptum Cœnobii olim Sanctæ Trinitatis, detegebatur quod ſequitur Saxum: jam vero in hortis Goodrickianis qui ſunt Ribſtoniæ aſſervatur.

Legionem

P. 23.

L. DVCCIVS
L. VOL. RVFI
NVS VIEN
SIGNIF. LEG. VIIII
AN. XXIIX
H. S. E. T.

Legionem etiam hic fuisse nonam testatur later Inscriptus
LEG. IX. VIC

Visitur et hoc in Muro extra Micklegate quatur ad Montem q Mount

D M
MINNE

FLA. VOLATERNA.
Reines. p. 828.

Tacit. Annal. l. 14. & in vita Agricolæ.

Anno D. 1684 Extra Portam Bout: ham barr *dictam Pulcherrima hujus urna formæ Eruebatur juxta fornaces laterarias.*



Omiſerunt Camdenus aliique literas CVBVS, quæ tamen æquè, ſi non magis, conſpicuæ ſunt ac reliquæ. Eas ſanè interpretatus fueram *Clariſſimus Vir benè vivens*, niſi ſibi Vivus Marcus Verecundus hoc monumentum feciſſet. Coloniæ hîc gaudet nomine Eburacum, ubi hæc olim reperta fuit theca: jam vero potandis equis inſervit in * diverſorio publico apud *Kingſton* ſuper fluvium *Hull*.

* The Sign of the Coach and Horſes.

DERVENTIONE. *Aldby* ad fluvium Derventionem; nomen idem utrique. Sunt & aliæ apud nos Derventiones: conſtat tamen in Notitia Imperii fieri hujus Derventionis mentionem, ubi ſcribitur, *ſub diſpoſitione Viri ſpectabilis ducis Britanniarum, Præfectus numeri Derventionenſis Derventione.* Interim Petuaria Ptolemæi & Pariſorum hic alicubi invenienda eſt. Non dubitarem cum Camdeno eandem facere cum Beverlega, aut Prætorio, niſi Ravennas, & proximè ab Eboraco, & ante

Beverley.

Patrington.

Del-

Delgovitiam illam collocaſſet. Scribit ille fateor *Decuaria*, ſed vitioſè ut ferè ſemper alia, emendandus haud dubiè ex Ptolemæo & Notitiâ Imperii, ubi Peturienſe Derventione occurrit. Quoniam nec Ptolemæus, nec Ravennas Derventionis meminit, cum tamen uterq; Petuariam commemoret, non longè abſum ut arbitrer Petuariam hanc eſſe Antonini Derventionem. Primo, ut dixi, apud Ravennatem proximè ſuccedit Eboraco. & præcedit Delgovitiam, qui ipſiſſimus eſt apud illum Derventionis ſitus. Deinde vocabulum *Varia* notat trajectum, in hoc provinciali ſermone; patetq; hoc ex aliis apud nos *Variis*: ut [1] Vindovariâ in Scotiâ, [2] Durnovariâ in Durotrigibus, & [3] Variis illis in Itinere XI. apud Flintenſes. Trajectum ad Derventionem fuiſſe res ipſa indicat propè *Aldby*. Deniq; ideo Notitia Imperii Derventioni appoſuit huic, epitheton illud, *Petuarienſi*, (ut mihi ſaltem videtur) diſtinctionis notam.

V. Panciroll in Notit. Imp. p. 177.

[1] *Vindogara. Ptol.* Queensferry.
[2] Dorchester.
[3] Bodvary.

DELGOVITIA, nomen Britannicum, Saxonicè Godmundigaham; *i. e.* deorum ſepta. locus ita deſcribitur a Bedâ. *Wighton in proximo eſt, aræ Oppidum*; *Wigbod* Bedæ Interpreti idem planè denotat. Hoc nos ducit ad Oppidum *Wighton*, tanquam ſedem horum ſacrorum. Porrò cum apud Conradum Celtem lego *Weightelberg* in Sylvis Germanorum fuiſſe Druidarum notiſſimum oppidum, ſuſpicio mihi oboritur hos lucos, has aras ad *Wighton*, a noſtris Druidis fuiſſe celebratas, & Sylvam Deirorum, *Deirwald*, quæ hæc loca obumbrabat, non ineptè exponi ex Britannico vocabulo *Derwen*, Quercus, undè & nomen ſuum habuit DERVENTIO. certè *Dryfield* hujus etiam regionis

L. 2. c. 13.

In deſcriptione Nurimburgæ.

olim Dar. & Dair.

non incelebre oppidum Druidarum campum ſonat. Delgovitiam Camdenus vertit *Deorum gentilium Statuas*, neſcio quânam autoritate fultus: Ego potiùs deducerem a *Tywylhgoedh*, quod eſt *lucus tenebroſus*, & ſummâ ſemper Druidis fuit in veneratione. Addo Ravennatem ſcripſiſſe Devoviciam, cui ſi literam l inſeras, non habebit ſonum a Delgovitiam multum abhorrentem.

PRAETORIO. *Patrington.* hoc ſuadent milliarium numeri, & vocum παρηχησις. Utinam Antoninus addidiſſet quorum hic fuit *Prætorium*, alibi attulit ARITIVM PRAETORIVM, LONGOVICORVM PRAETORIVM, ſed librarii multas hujuſmodi notas Antonino ſubſtraxerunt, noſtro cum damno. Sanè ſuis oppidis adjecerat ille indicia hujuſmodi LAR CASTELLVM; G. CASTRVM; T. MVNICIP; R. COLONIA; T. PRAESIDIVM; P. VICVS; L. CIVITAS; hæc nonnulli codices Mſſi. adhuc ſervant, & pluribus locis quam typis exarati. ſed in viam redeamus, Credo ego PRAETORIVM fuiſſe in Maritimo oppido, ubi Præfectus aliquis negotiatoribus Britannicianis jus dicebat, & nullibi meliùs quam ad *Patrington* in hiſce regionibus ſtatui poſſe.

Hic autem nequaquam gravabitur lector, ſi inſcriptionem quam ex Schedis Camdenianis in noſtras tranſtuli, fideliter repræſento, quoniam ad hanc regionem pertinet (fuit enim reperta in Viculo *Eaſtneſs* in *Rhydale*) & unde claritatis aliquid Familiæ Romanæ nondum ſatis cognitæ accedat. Eccam.

Lego

TITIA' PINTA' VIXIT' ANN' XXXVIII'
ET' VAL' ADIVTORI' VIXIT' ANN' XX'
ET' VARIOLO' VIXIT' ANN' XV.' VAL'
VINDICIANVS' CONIVGIE' T' FILIIS'
F. C.

Lego TITIAE PINTAE, *&c.* & VALENS, ſeu VALERIVS V. CONIVGI ET FILIIS. Arca era Saxea oſſibus plena cui inſcribebantur iſtæ lineæ. apud nos multas effoſſas eſſe hujuſmodi arcas Sepulchrales obſervo: & quidem propè Londinium in campis Ratcliffianis duas eodem tempore & loco; Saxeam unam, plumbeam alteram, in qua corpus muliebre repoſitum erat, cui ad pectus Cupido e lapide albo ſtabat, dextrâ & ſiniſtrâ duo Eburnea Sceptra, ad caput & pedes duæ majuſculæ urnæ, cum aliis minoribus, vaſa quoq; vitrea magna, & multa aderant, omnia liquore albicanti plena. Similes Ciſtas lego erutas olim in *Spittle-fields* extra portam Epiſcopi. Urnæ quoq; ibidem plures egerebantur quarum continebant ſingulæ præter cineres, nummos Claudii, Neronis, Veſpaſiani, Antonini Pii, aliorumque Impp. ſub quibus iſti, quo-

Weever's Funeral Monuments, *p.* 30.

Biſhopſgate.

quorum erant reliquiæ, obierant. Quin & ſub hæc ipſa tempora frequenter iſtiuſmodi monumenta reperiri audio. Sanè locus iſte, quem Modo diximus, dicebatur antiquitùs *Loleſworth*, i. e. *Lollii Curia, vel Ager*; & forte fuit Lollius Urbicus, ille Antonini Pii Legatus, qui viam publicam muniverit, vel aliud opus in proximo condiderit. certè nomen Lollii aliis locis, & ad viam militarem inhærere animadverto.

Spittle-fields. *Weev.* Fun. Monuments, *p.* 515. Stow's *Survey of* London.

Jul. Capitolinus in vita Antonini Pii. c. 5. Lolham Bridges, *in Comit. Northantonenſi. Camd. B. p.* 378

ITER II.

ITER II.

A VALLO AD PORTVM RITVPAS.

M. P. CCCCLXXXI. Rectiùs DV.

A BLATO BVLGIO	CASTRA EXPLORATORVM.		
	M. P. XII	*Boulneſſe*	10. 15.
LVGVVALLIO	M. P. XII	*Old Carleil*	15. Ox.
VOREDA	M. P. XIV	*Perith*	
BROVONACIS	M. P. XIII	*Kendale*	
VERTERIS	M. P. XIII	*Brough.*	XX.
LAVATRIS	M. P. XIV	*Bowes*	
CATARACTONI	M. P. XVI	*Cattarick*	
ISVRIVM	M. P. XXIV	*Aldborough*	Iſuria. *Voſſ. Ox.*
EBVRACVM	M. P. XVII	*York*	
CALCARIA	M. P. IX	*Tadcaſter*	Cacaria.
CAMBODUNO	M. P. XX	*Almonbury*	*Voſſ. Bentl.*
MANUCIO	M. P. XVIII	*Mancheſter*	Mamucio.
CONDATE	M. P. XVIII	*Congleton*	*Voſſ.*
DEVA. LEG. XX. VICT.	M. P. XX.	*Cheſter*	10. *Bentl.*
BOVIO	M. P. X	*Banchor*	Bonio.
MEDIOLANO	M. P. XX	*Meivod*	
RVTVNIO	M. P. XII	*Rowton*	
VRIOCONIO	M. P. XI.	*Wroxceter*	Urioconico.
VXACONA	M. P. XI.	*Okenyate*	Uſocaona.
PENNOCRVCIO	M. P. XII	*Stretton*	*Voſſ.*
ETOCETO	M. P. XII	*Wall. Lichfied*	
MANDVESSEDO	M. P. XVI	*Manceter*	6. *Surita.*
VENONIS	M. P. XII	*Cleybrook*	*Longol.*
BENNAVENNA	M. P. XVII	*Weedon*	Bennaventa & Bennaventa. *Voſſ.*
LACTORODO	M. P. XII	*Stony Stratford*	Maginto. *Voſſ.*
MAGIOVINTO	M. P. XVII	*Dunſtable*	Durocobrio *in It. VII.*
DVROCOBRIVIS	M. P. XII	*Hertford*	

VERO-

Sullonac. & Sullomacis.	VEROLAMIO	M. P. XII	*Verulam.*
	SVLLONIACIS	M. P. IX	*Brockley-Hills.*
Longidinio.	LONDINIO	M. P. XII	*London.*
Voſſ.	NOVIOMAGO	M. P. X	*Woodcote.*
VI.	VAGNIACIS	M. P. XVIII	*Maidſton.*
Duroprovis Ox.	DVROBROVIS	M. P. IX.	*Rocheſter.*
Surita. XIII.	DVROLEVO	M. P. XVI.	*Lenham*
Duraverno Ox	DVROVERNO	M. P. XII	*Canterbury.*
Portu Ritupis. Voſſ.	AD PORTVM RITVPIS.	M. P. XII	*Stonar.*

A VALLO

A VALLO. Qui nuper dimenſus eſt hujus Valli longitudinem a Tynæ oſtiis ad *Boueneſſe*, comperit ſpatium LXXXII. M. P. noſtrorum. Idem affirmat tres muros, multis in locis parallelωs procurere, & mutuò habere diſtantiam ſæpe viginti cubitorum; exteriores duos de ſaxo quadrato, interiorem de ceſpite eſſe conſtructum. Si vera ſint iſta videmus jam Hadriani, Severi, & Gallionis Ravennatis tria celebrata valla, eodem ferè in loco, diverſis temporibus poſita. Idem Agrimenſor agnovit iſtos muros ſe ſubinde interſecare, & foſſam nunc ex hac, nunc ex ulterioris parte valli procedere (quod nonnullis admirationi eſſe, ſæpe me memini audiviſſe) ſed non fuit illa, una, eademq; foſſa, aut non idem Vallum. Hadrianus murum ſuum, quem Ceſpititium fuiſſe conſtat, exorſus videtur a Germanico Oceano, & terminaſſe ad Hibernicum prope Eſcam, ſive Æſicam; Inſcriptionem ibi tanquam finito opere poſitam, vidit Mercurius noſter Vialis G. Camdenus, quæ ſic concipitur. Netherby. p. 643.

Indi-



In Vita Hadriani, cap. II.

Indicatque hoc opus fuiſſe Legionis Secundæ. hujus Longitudo, teſte Spartiano, fuit LXXX M. P. quem numerum ſi cum priori conferas, illud Severi vallum non poſſe ab hoc longè abeſsè invenies: videturque ab Itunæ æſtuario, ad oſtium Tynæ productum. De Simili vallo, *Danewerk* vide quæ annotavit Stephanus Stephanius ad Saxonem Gram.

Eden. *P.* 200.

A BLATO BVLGIO CASTRA EXPLORATORVM. M. P. XII.

Nominis ratio haud dubiè Ἐπιχώριος & gentilis eſt. Colebatur in his regionibus pro Deo Indigete *Belatucadrus*, cujus vocabuli pars prior reſtare videtur in Blato pro Belato: Nec dum ad vim vocis penetramus; videatur Seldenus de Diis

Diis Syris. Ego autem, ut obiter hoc dicam, Belatucadrum fluvium fuisse conjicio, vel potiùs unum ex fontibus Itunæ, qui oritur in limite Westmariæ, paulo ultra oppidum *Caber*, non procul a *Kirby Stephen*, & *Belaw* a fonte dicitur. Hic uno alveo cum Itunæ fluvio ad Blatum Bulgium devolvitur. *Fluminum magnorum capita venerantur*, inquit Seneca, hinc tot aræ in Cumbriâ Deo Belatucadro inscribebantur, ad hunc etiam referri debet titulus in aram sequentem; qui jam legitur apud *Scalby Castle* in eâdem Provinciâ. *Bala. v. Cam. Engl. ad p. 662.* *Ep. 41.*

DEO SANCTO BE
LATVCAD
RO AVL. DOM.
PAVLLINVS
V. S.

At Netherby.

Agnoſco tamen alteram nuper Æſicæ detectam Belatucadrum Martemque velut Deum colere eundem, poſteriorque pars dictionis, aliquid ſpirat iſtius numinis, cum *Cad Prælium*, *Cader Caſtrum*, *& Cadr Fortis Britannicè* ſonent, quæ omnia Marti ſatis congruunt.

V. Camd. Britann. Lon. 1695. p. 843.

Simpliciſſima hujus vocis lectio eſſet AB LATO BVLGIO ſcilicet *ab lato æſtuario*, ſitu enim tali BULGIVM hoc gaudet, & promontoriolum impendens hodiè *Boulneſſe* dicitur. Jamq; etiam Britannorum Linguâ *Bwlch* eſt *Incile*, vel *quidvis fractum*: & quemadmodum Antoninus Alibi AB STILIDA ZEPHYRIVM, & AB SCABRIS FALESIAM, ita & hoc in loco AB LATO BVLGIO ſcripſiſſe potuerit.

Si

Si quis velit legere, unâ literâ appoſita (ſæpè enim prima illa litera in Ptolemæo, in Antonino, in aliis abſteritur) SABLATO BVLGIO poſſet ſe tueri illo alio Antonini itinere, ubi poſt MEDIOLANVM habet SABLONES: poſſet ab ipſius loci ingenio fidem emereri, de cujus Sabulo & Syrtibus proxima ſtatio nomen hauſit *Burgh upon the Sands*.

Iter a Colonia Trajana, ad Colon. Agripp.

Mittuntur Legati opertis Sablone capitibus. Gild.

Liceat & adhunc aliam conjecturam in tantis tenebris offerre, Fluvius in hoc æſtuarium magna ſe agit mole cui Nomen eſt *Eden*, vel *Aden* quod *Alam* Britannis denotat, *Edenburrow* eadem ipſa eſt urbs, quæ Ptolemæo Στεατόπεδον Πτερωτὸν *Alatum Caſtrum* audit, Quid ni & a fluvio *Eden* formare fas ſit *Eden Bwlch*, i. e. Alatum Bulgium? Nec dubitarent Audaciores Critici ab hoc Bulgio Abulcos denominare. certe Abulci cum Exploratoribus ferè recenſentur in Notit. Imperii (quod & hic quaſi fit) nec hactenùs quiſpiam dixit unde iſtud hominum genus emerſerit; ex hac ſcholâ proceſſiſſe videantur, id tamen nequaquam aſſero.

Fol. 136. 161.

CASTRA EXPLORATORVM. Ad hæc caſtra invenienda ipſis illis exploratoribus opus eſſe video. Alii ad *Drumbugh* alii ad Burgum ſuper Sabulum quærunt; augent iſta difficultatem, quod numeri Mſs. ſint incerti, & nomen loci ubi hæc erant Caſtra, ut alibi, hic non ponatur. His aliiſque omiſſis dico Antoninum ſcripciſſe,

Burgh upon the Sands.

In Maſſa. A BLATO BVLGIO CASTRA EXPLORATORVM AD LVGVVALLIVM M. P. XII.

Iter a Carthagine Cirtam. Sic enim alibi ſcripſit SINCIVM CASTRA. SINGIDVNVM CASTRA. LARIBVM COLONIAM.

Caſtra hæc poſita erant apud Blatum Bulgium, ac perinde eſt ac ſi dixiſſet A BLATO B. EXPLORATORVM. ab aliis dicebantur Magna ſeu Magnis, & Ravennas rectè locat ea ultra Luguvallium, *Old Carlile.* Denique delendi ſunt numeri XII. poſt CAST. EXP. nam niſi his, aliiſque ſublatis ſumma milliarium ab Antonino huic itineri præfixa neutiquam conſtabit. Erat Bulgium hoc opportuniſſimus hiſce ſpeculatoribus locus, nam ad finem muri ſolebant hoſtes incurſiones facere. pertinuiſſe autem Exploratores hi videntur ad Legionem ſextam Victricem, quæ Vallum Severianum condidit. vide ſupra quæ diximus ad BREMENIVM. Notita quoque Imperii Exploratores Lavatris, & Portu Adurni agnoſcit. Exploratores etiam alibi intelligit Antoninus ubi ſcribit

Not. Imp. 177. p. 304.

A Tingi Maurit.

AB EXPLORATIONE QVAE EST MERCVRII.

LVGV-

LVGVVALLIO. *Old Carleil.* Fordunus ſcribit *Carleil* a Pictis deſtructum fuiſſe, nec unquam ad ſuam uſque ætatem reparatum. hæc verò de Veteri Carleolo ſunt intelligenda, nam novum & hodiernum extitit illius temporibus. Fuit itaque & vetus, & novum Carleolum, horum illud remotius ſimpliciter hic ponitur, novum autem ut Vallo propius, ab Antonino diſtinctionis gratiâ, in alio itinere videtur dici LVGVVALLIVM AD VALLVM. diſtat Vetus Carleolum a Blato Bulgio M. P. XII. quorum ſeptem ad *Wigton*, quinque ad *Old Carleil* numerantur, ita Buſtum hujus oppidi ad Wizam fluviolum ſiti jam ab accolis nominatur. diſtat etiam M. P. XIV. a Voredâ ſedemque habet ad viam militarem, , & oſtendit Inſcriptiones multas (inter quas & unam Belatucadro) ſtatuas equeſtres, aliaque infinita ſuæ antiquitatis veſtigia, tot ſanè, quot urbi potiùs opulentiſſimæ, quam Caſtris Exploratorum conveniant. Nec eſt alius locus qui in his palmam ei præripiat, ut videatur Antoninus optimo jure Vetus hoc Luguvallium ſuo inſeruiſſe catalogo. Aram unam ex multis hîc effoſſis adferre liceat.

Forduni Chronic. L. 2. c. 26

Itin. V.

Perith.

Vid. Camd. p. 636.

I. O. M.


I. O. M.
ALA. AVG. OB
RTVT. APPEL. CVI.
PRAEEST TIB. CL. TIB. F. P.
LING··N. IVSTINVS.
PRAEF. FVSCIANO
II. SILANO. II. COS.

Unde emendari poteſt illa, quæ in additionibus ad *Camdeni Britanniam*, Londini A. D. 1695. editis ad hunc modum prodit.

I. O. M. ALA AVG. O B VRI APPIA.
IVL. PVB. PS. T. TB. CETBERI.

Cujus priorem partem lego *Jovi optimo maximo, Ala Auguſta ob virtutem appellata, Julius Publius Præfectus*, &c. reliqua Oedipo egent interprete, ſi vel rectè ſint exſcripta.

VOREDA.

VOREDA. *Perith.* Geographus Ravennas paulò propius ad hodiernum ſonum Bereda ſcribit. *Perith* igitûr cum antiquis noſtris ſcriptoribus non *Penrith* lego. Circa hunc locum propè Eimotum & Lotherum fluvios, multum verſatos fuiſſe Romanos teſtantur variæ inſcriptiones, & ſaxa IX. pedum alta, craſſa XIV. longo ordine per M. P. diſpoſita: tum illi lapides ſeptuaginta & ſeptem, in orbem propè *Salkeld* erecti, quorum pleriq; ſunt pedum Denûm unus Quindenûm. De his, & illis propè *Stonehenge* in Wiltoniâ, de aliis ad Iſurium, item de iſtis propè *Long-Compton*, *Rollerick Stones* dictis, mirum eſt omnium Hiſtoricorum noſtrorum ſilentium.

P. 304.

V. Cam. p. 639

BROVONACIS. hîc codices Mſs. mirè inter ſe pugnant. Unus eſt qui legit BROCONACO. eique quodammodo adſtipulatur alius qui BROCOVONACIS affert. In Notitia Imperii videas Braboniaco; nec minus ambigitur de ſitu hujus ſtationis: *Brougham* eſſe contendunt pleriq; ſed reclamat diſtantia a Voredâ quæ vix eſt III. M. P. Nec facilè credas duas tam celebres ſtationes Voredam & Broconaca fuiſſe adeo vicinas. Illud igitur ſemèl monendum eſt in Mſs. Antonini codicibus ſæpiùs occurrere AD LATVS, quo denotatur ſtatio aliqua magna extra viam militarem. atque hic loci mihi videtur Antoninus ab inſtitutio itinere exorbitâſſe, quod ſolens facit, ut Brovonaca, ſeu Broconaca ſtationem celebrem ſalutaret.

Fol. 176.

Hoc

Broch *Ripa* Can *nomen fl.* brit

Hoc in agro inferiùs ſeſe offert *Kendale*, ſive Candalia ad fluvium *Can* ſita, nec multum abludit Latinum nomen, Brocanacum enim ſonat *ad ripam Cani*. Fatendum tamen eſt nec hoc modo diſtantiam inter Voredam & Broconacum numeris ducis noſtri concinnatam eſſe, cum *Kendale* & *Perith* oppida XXIV. M. P. interjaceant. quapropter numeros hic parùm fidos arbitror. Candaliæ equidem ſitus cum Verteris meliùs convenit, quippe quæ invicem habeant XX. circitur M. P. numeroſque ita corrigunt hic plurimi libri Manuſcripti.

VERTERIS. *Brough under Stainmore* hodiè. ad viam militarem XX. M. P. a Brocanacis, ut diximus ſedent hæ Verteræ. Geographus Ravennas legiſſe Valteris, pro Verteris videtur; ordo & ſucceſſio horum omnium apud illum hic eſt. Valteris, Bereda, Luguvallium, Magnis, *i. e.* Caſtra Exploratorum, omiſſis Brocanacis, quod illa *ad Latus*, ſedem habuiſſe confirmare videtur.

P. 304.

LAVATRIS. *Bowes* in ſaxeto de *Stanemore*, hujus ſtationis expreſſa fit mentio in Notitia Imperii. *Præfectus numeri Exploratorum Lavatris*. Nominis veſtigia adhuc ſupereſſe videntur in *Lartington* oppidulo in viciniâ ſuper *Laver* fluviolum. Ravennas Lavaris vocat, quod etiam nomen præterlabentis fluvii non malè refert. Floruit oppidum hoc tempore Severi Imperatoris, nam Virius Lupus ſub eo Britanniæ Præſes hîc Balneum exuſtum reſtituit.

Fol. 176.

Qua-


DAE···FORTVNAE
VIRIVS LVPVS
LEG. AVG. PR. PR.
BALINEVM VI
IGNIS EXVST
VM. COH. I. THR
ACVM REST
ITVIT. CVRANTE
VAL. FRON
TONE PRAEF
EQ. ALAE VETTO.

Quapropter mallent alii nominis rationem deducere a Lavacris, quæ eo in ſæculo pro Balneis dictio in uſu fuit. Eutrop. inquit quod Caracalla *Opus Romæ egregiam fecit Lavacri.* Idemq; de Decio, *Romæ lavacrum ædificavit.* Extitit etiam ibidem & aliud ſaxum quod Frontini, Cohortiſq; primæ Thracum memoriam propagat, alterumq; in honorem Hadriani literis quadratis inciſum, quæ omnia exhibet Camdenus: Annoq; Domini 1702. apud *Rookby*, ad V. ab hac ſtatione lapidem ara hæc æffoſſa comparuit.

L. 8. c. 10.

L. 9. c. 4.

P. 594.

forte DEAE NYMPH. BRIGANTVM.

CATARACTONI.
ISVRIVM.
EBORACVM. } De his ſupra.

CALCARIA. *Tadcaſter.* Artem Calcariam olim in Britanniis caluiſſe teſtantur inſcriptiones apud Reineſium, harum unam pono.

P. 190.

Erat


DEAE NEHALENNIAE
OB MERCES RITE CONSER
VATAS M. SECVND. SILVANVS
NEGOTTOR CRETARIVS
BRITANNICIANVS
V. S. L. M.

Negotiator cretarius.

Aræ plurimæ Domburgi in Zelandiâ effossæ. omnes lapidi albo, Cretæ nec colore, nec materiâ, nec fragilitate admodum dissimili incisæ, vi. Reinesi. p. 190.

Erat dea ista præses artis calcariæ, seu cretariæ, & suos videtur habuisse his in oris cultores. Vadum fluminis *Wherf* (Verbeiam ara ad ripas ejus reperta vocat) accolæ Vadum Sanctæ Helenæ appellant infra Wetherbeiam oppidum, ut ego suspicor pro Nehallenniæ, quo nomine olim forsan innotuit. Ecce autem aram, quam modò innui. de Deâ autem consulas Mensonis Altingi *Notitiam Germaniæ inferioris* qui illam esse Novam Lunam, nec sine ratione, contendit.

St. Helens-Ford.

P. 101.



Vado Nehalleniæ, vel Sanctæ Helenæ propè eſt viculus *Newton*, ubi in ſulcis, cum aliis nummis reperiuntur Probi Imperatoris; Calx illa quâ agros fœcundant agricolæ, (margam & cretam alii dicunt, & has omnes inter ſe confundunt) etiam nunc in hoc oppido, magno exercetur commercio. Dicitur vicinum oppidum *Tadcaſter*, quod & in Monaſtico Anglicano audit *Heleceſter*, nomen ſanè mutuatum a *Calce* pedis, ita enim vocatur pars iſta Saxonicè, quemadmodum & aliâ

Vol. 1. *p.* 395.

aliâ appellatione in eâdem linguâ *Tah*, unde hodierna dictio Tahdcaſter inſertâ literâ d euphoniæ gratiâ. Sed ibi quidam aggeſtus Collis *Kelcbarr* dictus nomen antiquum conſervat, & via militaris ab Eboraco, milliarumque numerus ſatis caſtigatus clariſſimè ſtationem hanc deſignant.

Cæterùm ſemita publica conſpicuo aggere ab Iſurio, directè quidem (relicto ad orientem Eburaco) prope *Wetherbeiam*, & per *Aberford* tendit ad Lagentium, & vice versâ per Calcariam ad Eburacum, non ſalutatâ Wetherbeiâ. unde conſtat Eburacum in hoc itinere ab Antonino adduci per ἐκλογὴν, qualem vidimus paulo ſuprà a Voredâ ad Broconaca. Nec diſſimulandum hoc in loco iter a Blato Bulgio per Eburacum, Devam, & Mediolanum ad Portum Ritupas paulò anfractuoſius eſſe, & nihili profectò operam noſtram facere videri Antoninum, qui per ambages tot, tantaſq; nos barbaros ſcilicet, & patriæ noſtræ hoſpites circumducit. Sed ignoſcamus ei, qui idem ſibi permiſit de ſuis civibus, nam tale planè eſt iter quod deſcribit Caſtleford.

AB VRBE PER PICENVM, ANCONAM, ET BRVNDVSIVM.

Simile eſt illud infrà etiam,

AMARIDVNO PER ISCAM AD VIROCONIVM. IT. XII.

CAM-

CAMBODVNO. *Almonbury.* Antonini codices aliquot Mſſi. legunt Campodunum, quemadmodum & Beda, alii Campodonum, & Campadunum. Ptolemæus, eumque ſecutùs Ravennas, habet Camulodunum, & Camulodonum. LEG. VI. VICT. hic collocat Ptolemæus, & quidam codices Mſs Antonini eandem ad M.P. XVII. ab Eburaco in hac regione conſtituunt. Cum autem via Prætoria, aliaq; multa Romanorum opera ſeſe oſtendant eo loci, ubi nunc jacet *Almonbury*, oportet hanc eſſe ſtationem Legionis Sextæ æſtivam. Cæterùm cum videam apud Strabonem in Vindelicis Καμπόδυνον, & Βεργάντιον conjunctim poni, eademq; oppida in hoc itinere ſe propè excipere (Eburacum enim eſt aliis Brigantium) penè adducor ut credam illam Legionem quæ his in locis Stativa habuit, iſta quoq; nomina ſecum e Germania tranſtuliſſe, ubi, Civili devicto a Cereali, conſediſſe videtur; nec in Britanniam transfretaſſe niſi imperante Hadriano, prout ab adjectâ pateat inſcriptione. De Brigantibus tamen, harum regionem incolis, antea nos audire non eſt negandum.

P. 304.

Cod. R. Gall. Sir. EBVRACVM. M.P. M. VI. L. VICTR. M. P. M. XVII. *alius R. G. codex poſt Eburacum* VICTR. M. P.M. XXVI.

V. Velſeri Tabulam Vindel. p. 196.

MANVCIO



M . PONTIO . M . F . PVP.
L. AELIANO. LARCIO. SABINO. COS. PON.
TIFICI. SODALI. ANTONINIANO. VERIANO.
FETIALI. LEG. AVG. PR. PR. PROV. SYRIAE. LEG. AVG.
PR. PR. PROV. PANNON. SVPER. LEG. AVG. PR. PR. PAN.
NON. INFER. COMITI. DIVI. VERI. AVG. DONATO. DONIS
MILITARIB. BELLO. ARMENIACO. ET. PARTHICO.
AB. IMP. ANTONINO. AVG. ET. A. DIVO. VERO. AVG.
IMP. SICA. AVR
ANTONINI. AVG. ET. M. VERI. BELLO. GERMANIC.
ITEM. COMITI. IMP. ANTONINI. AVG. GERMANICI. SAR
MATICI. LEG. LEG. I. MINER. CVRATORI. CIVIT. ARAVS
PROV. GALLIAE. NARB. PRAE TORI. TRIB. PLEB. CANDIDATO
IMP. DIVI. HADRIANI. AB. ACT. SENAT. QVAE STOR. PROV.
NARB. TRIB. MIL. LEG. VI. VICT. CVM. QVA. EX. GERM. IN
BRITAN. TRANSIIT. IIII. VIR. VIAR. CVRANDAR.
HVIC. SENATVS. AVTORE. M. AVR. ANTONINO. AVG.
ARMENIAC. MEDIC. PARTHIC. MAXIMO. GERM. SARM.
STATVAM. PONI. HABITV. CIVILI. IN FORO. DIVI. TRAIANI
PECVNIA. PVBLICA. CENSVIT.

MANVCIO. *Mancheſter*, vel *Mancaſtle* in vicinia ejus. ſunt ibi rudera, & cadaver Urbis, lapideſque inſculpti, Romana tempora teſtantes. *Edwardus cognomento ſenior firmavit Caſtrum apud Mamceſtriam*; ſic ſcribunt iſtam vocem Alfridus Beverlacenſis, Henricus Huntingdonenſis, & liber antiquus in Scacchario.

Ecce autem aram A. D. 1612. hic effoſam, quam debemus cl. viro Martino Liſtero, qui primus illam evulgavit.

Con-

Conſtat porrò ex alio lapide quod ſtativa ſua hic habuerit aliquando & Cohors prima Friſonum, vel Friſingenſium.



Nomen verò hoc oppidum ſortitum fuiſſe videtur a Britannico *Maen*, Saxum. *Saxeo enim tumulo*, ut loquitur Camdenus, *inſidet*; *& ſub ipſo oppido Latomiæ, ſunt nobiles, & notiſſimæ.*

CONDATE. *Congleton.* In ſcripturâ hujus vocabuli, ſituque loci conveniunt omnes Antonini codices, etiam in alio itinere. quamobrem nullus dubito, quin hîc locandum ſit hujus nominis oppidum, reclamante licet Arâ nuper apud *Cunſly*, ſeu *Cunſcliffe*, non procul a *Peircebridge* in Provinciâ Dunelmenſi repertâ.

P. 302. *Congavate. Not. Imper. Fol.* 177.

V. *Valeſii Notitiam Galliarum, in verbo Condate.*

Quidquod & Via Militaris, & ordo Itineris, & diſtantia tam a Mancunio, quam a Deva ſtationem hanc huic regioni vendicant. Anonymus quoque Ravennas, & Notitia Imperii Condatem afferunt. Procul dubiò autem ad nos venerit a Condate Rhedonum prope Ligerim. Vult autem eruditus Ravennatis editor Gallicus, illam deduci a *Condate*, quod affirmat apud veteres Gallos duorum fluminum denotare conjunctionem. tali gaudet ſitu * Condate ad ripas Dani ubi cum alio miſcetur fluviolo, qui ab oppido *Biddulffe* dicto huc deſcendit.

*Congleton.

DEVA.

DEVA. LEG. XX. V. aliter XXIII. Quidam codices Ptolemæi legunt Δήουα, & ponunt hic Legionem viceſſimam Victricem: unde Ptolemæum ſecutus Ravennas, Deva Victrix. Nummus etiam apud Goltzium. p. 302.

COL. DIVANA. L. XX. VICT.

Ex his emendo Simleri illam editionem, mutando XXIII. CI. in XX. VIC. quod enim Legio XXIII. caſtra in hac gente unquam fixerit non conſtat. hæc autem legio in Gruterianis inſcriptionibus ſic indigitatur. LEG. XX. V. V. & in ſaxo ſequenti pleniùs. Grut. 350. Grut. 492.

PRAEF. LEG. XX. VALEN.
VICTR. PRIMIP. LEG. X. GEM. PIAE.
FIDEL. CENT. LEGION. IIII. SCYTHI
CAL. CLAVD. XIIII. GEM. VII. &c.

Huic Legioni a Veſpaſiano præpoſitus fuit Julius Agricola. Tacit. in v. Agric.

Unde illam & Valentis nomine innotuiſſe parùm dubium eſt, licet Dio illam Valerianam fuiſſe dictam innuere videatur. *In L. 55. Rom. Hiſt.*

Chester. *A. D.* 1653.

Inſcriptio quæ ſequitur, arâ exarata pulcherrimâ, & Devæ etiam reperta, hic locum non immerito ſortiatur.

P. 52.

17. *Anton. Pii. A. D.* 154.

Jupiter

Jupiter hic Tanarus idem mihi videtur ac Fulminans, vel a *Taran* quod Britannicè eſt *tonitru*, per tranſpoſitionem literarum *n* & *r*; vel a Tân quod iiſdem *Ignis* ſonat. quando in Inſulam hanc hæc venit Legio haud certum eſt, eam certè hic ſub Suetonio Paulino militaſſe teſtatur Tacitus. Prideauxius in Commentariis ſuis ad Marmora Oxonienſia legit PRAESENS GVA, *Præſes, Gunethæ*, ſeu *Guinethæ*, nec ſine optima ratione, cum iſta pars Cambriæ vel ab hodiernis incolis vocetur *Guinedh*. *L. Annal.* 14. p. 284. North Wales

Devam Britannorum rebus florentibus caput fuiſſe Guenedotiæ Scribit Ranulphus Ceſtrenſis; Brigantibus, ara hæc inter eos olim reperta, illam aſſerere videatur.

Ipſe

Ipſe quidem Ptolemæus Brigantes ſcribit habitaſſe ab Orientali ad occidentale mare. Occupâſſent forſan Brigantes, ſuæque ditioni adſcripſiſſent Devam cum tempore Antonini Pii regionem Genouniam (quæ non alia eſſe poteſt quam Guenedotia) Romanorum Sociam, armis infeſtare cæpiſſent. Pauſanias in Arcadicis de Antonino Pio, Ἀπετίμεζο δέ καὶ τῶν ἐν Βρεττανίᾳ Βριγάντων τὴν πολλὴν, ὅτι ἐπεσβαίνειν καὶ οὗτοι σὺν τοῖς ὅπλοις ἤρξαν τὴν Γενουνίαν, μοῖραν ὑπηκόους Ῥωμαίων. Sed Ptolemæus Geographiæ editor vixit ſub hoc Imperatore, is autem nec Brigantibus, nec Ordevicibus (ſub his continebatur Guenedotia) ſed Cornaviis Devam attribuit; Deam igitur in hac inſcriptione, Nympham eſſe fluvii conjicio, cujus in Novantibus meminit Ptolemæus. erant autem Novantes borealior pars Brigantum: horum ſiquidem fines ad mare uſque Scoticum olim promoti fuerunt. De antiquitate Devæ (*Cheſter*) adi, ſi placeat, Ranulphum Ceſtrenſem quem primum Latinè emiſſimus: Diſtat autem reverà a Condate M. P. XXV.

V. Camd. Editionem Lond. 1695. p. 836. ubi Aram Deæ Nymphæ Brigantum invenies, ultra Vallum erutam

P. 200.

BOVIO. vel BONIO ut alii legunt, *Banchor* celebre olim Britannis Cœnobium, quod & nomen indicat, *Ban Chor* enim eſt illis *Altus Chorus*. Fluvius Deva mediam hanc ſtationem, mutato jam non præter ſolitum curſu, interluit. Diſtat a Ceſtriâ M. P. X. Romanorum numiſmata ſæpe ſub aratro ſe oſtendunt hic, & lapides ſtructiles; imo & oſſa, & veſtimenta Monachorum

chorum 1200 (ſi Lelando ſit fides) quos tempore Auguſtini minoris, crudelitèr hic obtruncatos fuiſſe, apertè docet Hiſtoria Anglicana Mſs. quæ in Bibliotheca Lambethanâ nunc ſub titulo *Chronici Sancti Albani* aſſervatur. *In Itinerario.*

MEDIOLANO. Camdeno *Lanvethlyn. Methlen* inquit *in Belgis Mediolanum eſt.* V & M in Linguâ Britannicâ (in compoſitis opinor) ſunt ἀντίϛοιχα. Dicunt *Lhan-Var* pro *Lhan Mariæ*, *Arvon* pro *Armon*, &c. Me nihilominus ſuadent, & diſtantia locorum magis congrua, & rudera quæ hodie apud *Meivod* deteguntur, ad oppidum illud hanc fuiſſe ſtationem; atque eo magis quo nullum quidem antiquitatis veſtigium præ ſe fert *Lhanvethling*, hoc autem plurima. Ptolemæus, & Ravennas Mediolanum hoc, in alio tamen itinere, commemorat. Idem Anonymus ultra Sabrinam fluv. viâ quæ Segontium ducit, Mediomanum recenſet; poſſet quiſpiam conjectare eſſe *Mainturog* in Comitatu Merviniæ, ad ſtratam militarem, quæ jam vocatur Via Helenæ, non procul a viculo *Feſtiniog*. P. 525. *Poſt Canubio pro Conovio.* P. 302. Merionithſhire. Sârn Helen.

Sedet Mediolanum hoc in valle feraciſſimâ, ſi reliquum hujus regionis ſpectes; *licet montibus plurimùm emineat*, inquit Camdenus, *convallibus tamen grata fœcunditate cùm paſcuis, tum arvis fœlix eſt regio.* Unde ſaltèm nobis condonabitur, ſi nomen hujus oppidi, a Britannicis *Medi* quod eſt *Metere*, ſeu *Mediad Meſſio* & *Lawn plenus* deductum fuiſſe conjiciamus. nomen etiam hodiernum P. 524. Montgomeryſhire.

num aliquo modo conjecturam illam confirmare videatur, cum *Meuedd*, & *Meufedd* olim dicebantur a Britannis, *Opes* & *Divitiæ*. Multa ſunt alia in aliis oris Mediolana, quæ proculdubiò nomina ſua linguæ debent Celticæ, quæ quantam cum antiquâ illâ Britannicà affinitatem habuit quis eſt qui ignoret? Hoc ſanè commune habent omnia iſta Mediolana, ſolum nempè ferax, & beatum.

RVTVNIO. *Rowton-Caſtle*. in agro Salopienſi. Credibile eſt viam militarem, cujus agger cernitur Viroconii, per Rutunium abiiſſe ad Urbem *Cardigan*. Hoc prodit Ranulphus Higden in Polychronico. Conſundi verò non debet cum illâ quæ a *Newport* in agro Salopienſi, juxta *Hendinas*, vetus caſtrum triplici vallo cinctum, progreditur per Mediomanum ad Segontium.

P. 196.

VRIOCONIO. *Wroxceter*, Ninnio *Caer Vruach*. Ptolemæus Οὐιτεκώνιον, & Ravennas depravatè Utriconion. Nomen hujus urbis e Vindeliciâ cum Romanis aquilis ad nos veniſſe videatur. occurrunt enim Virucinatès inter quatuor Vindelicorum gentes, quas nobis in Alpino trophæo exhibet Plinius. Britannicum verò nomen hujus Urbi fuit *Brecon*, vel *Vrecon*, quod & retinet in vinciâ mons hodiè *Wreken* appellatus.

L. III. c. 20.

Lhuyd. Arch. Brit. p. 260. col. 3.

VSOCONA.

VSOCONA. *Okenyate.* Rectiùs opinor Yſocona Υs, ut diximus, Britannicè inferiùs aliquid exprimit, & ſtationis hujus ſitum, quæ in valle devexa occultatur ita, ut niſi via militaris illam proderet, vix a nobis deprehenderetur. Licet itaque milliaria inter illam & Urioconium ſint modo IX. haud a Camdeno diſſentiendum eſſe exiſtimo, qui hic Uſaconam ponit; præſertim cum benè inter hunc locum, & Pennocrucium congruant, & facilè pro IX. VI. ſcripſerit oſcitatio librarii.

PENNOCRVCIO. Putabat Camdenus viam militarem ab Etoceto tetendiſſe ad vicum *Penkridge*, ſed hallucinatus eſt. Actus enim ad Pontem Faſeleyanum a Manduefſedo ingreditur Staffordienſes, & progreditur ad Etocetum, inde per quatuor Cruces, & *Stretton* ad Uſoconam Salopienſium procurrit. Mihi igitur vel Quatuor cruces, quæ jam ad viam ſunt, vel oppidulum *Stretton* Pennocrucium Antonini fuiſſe videtur: hæ Britannici nominis plus retinent, illud meliùs quadrat diſtantiâ ab Uſoconâ, ſi Ducem noſtrum ſequaris. *Penckridge* autem quod a fluvio *Penck* nomen trahit, ad duo M. P. ultra Viam illam ſtat, nec ibi aut vola, aut veſtigium aggeris publici apparet. *Crug* Britannis eſt *Cumulus* & *agger*, & *Pen*, *Caput*: *Crucochidient* (ita enim legendum eſt) etiam Ninnio expoſitore eſt *Cumulus Occidentalis*. Itaque tantum non adducor ut ſtatuam Pennocrucium, (quod

Faſely-Bridge.

The Four Croſſes.

Cap. 23.

Interpretari poſſumus *Caput Aggeris,)* ad vicum hodiè dictum *the Four Croſſes*, ubi agger ille & terminari, & quodamodo poſt flexum denuò parvum incipere videatur : reclamat tamen, ut dixi, utrobique diſtantia ; illam utrobique obſervat *Stretton.*

ETOCETO. *Wall* propè *Litchfield* quod ibi antiquæ cujuſdam urbis Murorum fragmenta adhuc ſuſperſint. Sed ipſa eſt *Litchfield*, quæ olim forsàn muros ſuos hic uſque protruſit. Vocabulum loci primævum aut erit Anonymi Ravennatis Lectocetum, quod ferè ſonat *Licet-field*, aut Erecetum prout quidam codex Suritæ ſcribit. Sanè ab hoc oppido cenſentur incipere vaſta illa Ericeta, quæ per Derbeienſes, & Brigantes ad Septentrionem ultimum protenduntur. Nonnulla his in oris Romanorum monumenta in dias luminis auras protraxit vir eruditiſſimus, & optimè de patriâ ſuâ meritus D. Plott, qui paucis abhinc annis accuratam agri Staffordienſis deſcriptionem edidit : cujus diligentiæ nihil habeo quod adjiciam, niſi quod aureum Othonem nuperè hîc ad *Wall* inventum fuiſſe, fando acceperim. Ex altero etiam ſtratæ latere, quæ per *Wall* ſternitur, jacet *Cheſterfield*, quod non ſolo nomine, verum aliis Romanam ſibi antiquitatem vendicat indiciis.

MAN-

MANDVESSEDO. *Manceſter* in agro Warwicenſi, a Lapicidinis ſuis nomen habet, eſt enim Britannis *Maen* Lapis, & ſi locum adeas Lapicidinas invenies. hic ærea Romanorum Imperatorum plurima, & aliquoties aurea in manus Agricolarum deveniunt capita.

Magnam hîc in diſtantiis oſtendunt diſcrepantiam codices Manuſcripti, ii autem qui legunt M. P. XVI. εἰς χώραν ἐλθεῖν videntur.

VENONIS. *Highcroſs*, ſive *Cleycheſter*, non video cur non reponam Vennones. fruſtrà hujus vocis Originem in hâc noſtrâ Britanniâ indagabimus, cum Vennones Populum Alpinum legamus in Trophæo apud Plinium. diſtantia a Manduеſſedo, & rudera quæ apud *Cleycheſter* deteguntur, nullum de hoc loco dubium relinquunt. nominis aliquid hodiè ſervat in viciniâ *Bensford-Bridge*. L. 3. c. 20.

BENNAVENNA. Statio Romana fuit olim ubi nunc *Caſtle Dikes*, quæ ad M. P. & ampliùs Auſtrum verſus a *Weedon* conſpiciuntur. In hac regione ſunt fontes duorum fluminum, quæ ambo olim nomine Auſonæ innotuerunt. Unum hodiè nomen illud retinet, & dicitur *Avon*, alterum verò *Nen. Pen*, uti diximus, Britannicè *Caput* ſonat, & *Avon* fluvius, ergo &

vera hujus ſtationis dictio erit PENNAVENNA. diſtat autem a Vennonis M. P. XX. monſtrat ſuæ antiquitatis argumenta, & hîc nummos aliquando Romanos ipſe collegi.

Apud Weedon.

LACTODORO. *Stony-Streatford*, *Vadum ad Stratâm Saxeam.* Mallem igitur legere LACTORODO, Britannis enim noſtris *Lech eſt Lapis latus*, & *Rhyd vadum.* pronunciant iſti litteram Y ut nos noſtram U; Stratas has merito Saxeas dixerunt, nam multis in locis repertæ ſunt duplici Saxorum loricâ armatæ & defenſæ. Hæc ipſa in imo lapides habet ſubſtratos, deinde glaream, & arenam cum ſilicibus, in ſummo iterum lapides. Alta erat pedum X. lata XVIII. aliam hoc nomine in agro Surreienſi agnoſcimus, nec non in Cantio a Doroverno, ad Lemanas deductam.

Vel a Lech & Dour, *aqua.*

Stone-ſtreet.

MAGIOVINTVM. MAGIONINIVM. & MAGINTVM, varia ſunt hujus ſtationis nomina, quæ exhibent hic codices Mſs. voluit olim Camdenus oppidulum *Aſhwell* in confiniis Hertfordiæ, Cantabrigienſes verſus, illam fuiſſe; & hoc ſuadet nomen ſi legamus MAGIONINIVM quod reddi poteſt *oppidum Fraxinorum* eſt enim *Magus oppidum* & *Onnen Fraxinus*, cui & hodiernum loci nomen, & natura ſoli Fraxinorum feraciſſimi, cum nummis Romanorum, foſſiſque comparentibus undique, adſtipulantur.

Diſſuadet

Diſſuadet ex alterâ parte vici hujus diſtantia, nimis longè, XXVII. nempe M. P. a Lactorodo producta. & meliori quidem ratione *Dunſtable* oppidum hanc ſibi appellationem vendicare videatur. Duæ viæ militares ibi ſe decuſſant, ab Euro una, altera ab Auſtro. ſub oppidum vidimus magnam aream profundè vallatam, quam Incolæ vocant *Maiden Bowr*. Quid fuit majoribus noſtris Britannis *Maiden*, non auſus ſum aſſerere, ſed in *Bowr* latere videtur *Burgus*. Plurima tamen ſunt nobis loca, quæ nomen *Maiden* ſibi præfixum gerunt, omnia ad vias militares ſita. Sunt ex iſtis *Maiden Caſtle* juxta Durnovariam, aliud *Maiden Caſtle* prope Lavatra, & via illa ipſa quæ a Gallaco ad Vallum ducit, dicitur *Maiden-Way*. In tantâ interim incertitudine, ſi quis MAGIOVINTVM, ſeu MAGIOVINIVM a Britannicis *Maes* & *Gwin* deducere voluerit, ſolum ſanè cretaceum & campi albentes qui undique hoc oppidum circumcingunt, etymon illud nominis depingere videantur, addam tantùm quod meliùs (licet non ad amuſſim) conveniat diſtantia inter *Dunſtable* hoc, & Lactorodum numeris Antonini, quam inter illud & *Aſhwell*; & quod ante Virolanium Ravennas locat Jacio Dulma; quid ſi ſcripſerit is Statio Dulma? (ſcribit alio loco Statio Deventia) habes ita hodiernum ferè *Dunſtable*; quid ſint Jacio, & Dulma, & ubi, qui dixerit erit mihi magnus Apollo.

Dorcheſter. *Bowes.* *Wheleſ-Caſtle.*

Maes *campus* Gwin *albus.*

P. 303. P. 299.

DVRO-

DVROCOBRIVIS. *Redburne* Camdeno, ſed repugnant numeri a priore ſtatione cum VIII. tantum M. P. oppidum hoc, & *Dunſtable* interjaceant. Porro nec diſtantia inter *Redbourn* & Verolamium numeris Antonini reſpondet. adhuc, cum vox Durocobrivæ fontem habeat Britannicum illud *Dour*, *Aqua*, & *Cyfre* concurrere, quærendæ nobis ſunt plures aquæ ut res, & nomina conveniant. talium rivorum concurſum *Hertfordiæ* invenies; ibi fluvii *Beneficia*, & *Mimerama* (quos vocamus *The Bean*, & *The Marran*) in *Ligeam* (*the Lea*) ſeſe exonerant. Hertfordiam puto intelligi in melioribus Bedæ exemplaribus ubi legitur *Heruđford*, vel potiùs *Hrudford*. hoc interpretanti a Saxonicâ linguâ fiet *Rubrum Vadum*, & (ſi diſpliceat prior a nobis allatum hujus nominis etymon) Britannicè erit *Duro-coch-brivis*, quod idem ſonat, eſt enim *Coch*, *Ruber*, & *Brivæ* videntur tranſitum fluminis innuere. Si non benè coincidat diſtantia cum illâ a Maginto, nec magis congrua eſt illa inter *Redbourn* & Magintum, certè ad amuſſim cum illâ a Verolamio convenit. hic autem rursùs, ἐπλεονασεν fecit, Antoninus, nec novum eſt illi, diuerticulo hujuſmodi ad clariores urbes inviſendas excurrere. Vetus hic eſt Burgus, & ab omni antiquitate Regius, non leve argumentum Romanæ Stationis; ſemper habuit Regium Caſtrum, etiamſi illud, pro more temporum inferiorum, aliquando fuerit cuſtodiæ Comitum Clarenſium demandatum.

VERO-

VEROLAMIO. *Verulam.* Scripſit Ptolemæus Οὐιερολάνιον, quam etiam conſervavit Ravennas. forſan nomen habet a *Vaur* pro *Maur* magnus, *Lhun* Britannicè *lacus*; talem enim lacum eo loci ſtagnâſſe olim teſtantur Hiſtorici noſtri. De Verolanio qui poſt Camdenum dixerit, ineptus erit. Tantum addo nummos Romanos nuper hîc repertos me inſpexiſſe, ſed ſequioris ævi & κόμματα omnes; & illud, Gildam non hic ſcripſiſſe Albanum martyrem pedibus tranſiiſſe Thameſin fluvium, nam vox *Thameſis* in exemplari illo Gildæ, non reperitur, quod modo publicavi ex antiquiſſimo codice Cantabrigenſi.

Merlynn. Aqua Stagnans. Britann. p. 303. *V. Mediolanum. V. Lhuydi Archæol. Matt. Paris in Vitâ Alfrici Abbat. V. Lelan. Cygneam Cant. Oxon.* 1691.

SVLLONIACIS. Codices ſcripti habent SVLLONACIS & SVLLOMACIS, prior Lectio eſt præſtabilior, nam colles hi in quibus iſtam ſtationem collocârant Romani, videntur incipere apud *Shenley*, a quo loco uſque ad *Brockley-Hills*, ubi rudera, & ſubverſi Caſtri veſtigia conſpiciuntur, rara, aut nulla alia inveniuntur oppida, ſed tota regio dumetis horret. Quâ autem *Tournay* Tornacum, *Douay* Duacum, & *Eſpernay* Sparnacum faciunt, eâdem planè ratione *Shellenay* formabit Sullonacum. Britannis eſt *Colhen*, *Corylus*, & *Colhlwyn Coryletum* propriè dictum, ſed & ponitur pro quovis loco fruticibus aſpero, & inculto. atque adeò vera hujus vocis ſcriptio eſſet Collonacis, ſed Latini in his, ut in plurimis aliis Literam *C* in *S* mutaverunt.

Olim Shellenay.

LON-

LONDINIO. Via militaris a Sulloniacis, ubi infra vicum *Hamſtede* ſuburbia Londini pænè attigerit, ſe in duos ramos dividit: quorum alter ingreſſus per *Portpool*, ſatis ſe manifeſtum dedit ad *pontem Oldbournenſem*, cum, poſt dirum illud incendium, quo totum propemodùm Londinium Anno domini 1666. in cineres conſedit, purgato & ampliato Fletæ alveo novus pons imponeretur; iſque ramus per *Watling-ſtreet* ad *London-ſtone* terminum ſuum habuit. Alter decurrebat *ad occidentem Weſtmonaſterii, juxta Londonium, ultra Tameſium, per medium Cantii* inquit Higdenus. Jam incertus plane hæreo, ita me veritas amet, cui viæ iuſiſtam ut Londinium inveniam. Certè Ptolemæus Λονδίνιον, & Λινδόνιον in Cantio locat; Item Ravennas percenſens urbes ad Auſtrum ultra Thameſin inter eas numerat *Durobrabis, Londini, Tameſe*; idem inter urbes ad Boream Thamiſis, *Virolanium, Londinium Auguſtam, Cæſaromagum* ponit, qui tamen nunquam aliò bis unam eandemque civitatem in Catalogo ſuo adducit. Nec promptum eſt credere Ptolemæum oſcitantèr iſta ſcripſiſſe, qui Marinum Tyrium de ſitu Neomagi & Londinii tam accuratè ad examen vocaverit. Expediendæ hujus difficultatis rationem aliam planè nullam video, quam ut credam cunabula urbis Londinii (cui nunc ſimilem orbis non habet) quæri oportere in ſtatione aliquâ Romanorum, quam ad meridionalem Thameſis ripam, ad ſubditorum tutelam maturè collocabant, expulſis inde priùs Britannis. Hæc ſtatio indaganda eſt

Holbourne-Bridge.

P. 196. Ed. Oxon.

P. 301.

P. 303.

L. 1. Geog. c. 15.

eſt nobis ad viam militarem; hanc paulò antè oſtendi ultra Weſtmonaſterium (ad trajectum Thamiſis dictum *the Horſe-Ferry*) per Regnos Cantium ſubintrare. Primùm hic animadverto totum illum campum, qui Lambetham, & Southwarkam interjacet, quiq; maximam partem iſtius *Burgi* continet, omni retrò tempore regium fuiſſe Fiſcum. Ibi *Cyningſton*, ibi Caſtrum, ibi carceres publici, ædificia publica, piſcaria, vivarium: ibi trium ſemitarum militarium, a Durobrivis, Neomago, & Sulloniacis centrum & concurſus. Quis autem neſcit caſtra Romana (ſeu manſiones, ſeu ſtationes) poſt Saxonum ingreſſum, præſidia ab illis facta fuiſſe, Burgoſq; dici? quo quidem nomine Southwarkia ſemper inclaruit. In his campis, quos Sancti Georgii plebs vocat, multa Romanorum numiſmata, opera teſſellata, lateres & rudera ſubindè deprehenſa ſunt. ipſe urnam majuſculam, oſſibus refertam, nuper redemi a foſſoribus, qui non procul ab hoc Burgo ad Auſtrum, multas alias ſimul eruerant.

Vulgò Kinton

The Burrough.

Hæc eſt illa ſtatio in *quâ* Aulus Plautius, Prætor, Romanum exercitum donec advolaret *Claudius Imp.* ad Thameſin continuit. de hâc Dio [*Relicto Sabrinâ*] *ad fluvium Thameſin quâ is ſe in Oceanum exonerat, eoque affluente, ſtagnat, ſe receperunt; eos Romani inſequuntur, & mox Germani tranſnatabant; alii ſuperiori loco* [ad Kingſton, *vel* Stanes] *per pontem tranſgreſſi in paludes invias inciderunt, multoſque ſuorum amiſerunt. his de cauſis Plautius ultrà non proceſſit, ſed cuſtodiâ eorum, quæ tenuiſſet, poſitâ Claudium accerſit, &c. Claudius tranſmittit in Britanniam, & ad copias ſe ad Thameſin expectantes perrexit; tranſgreſſus flumen cum Britannis conflixit, Camulodunum Regiam Cunobelini cepit, &c.*

Lib. 60.

Poſt iſtam de Trinobantibus victoriam Romani Caſtella & præſidia ultra Thameſin promovebant, paulatimque Britannos Boream verſus protrudebant. Ex hoc, interiora, tanquam in tuto, negligi; Colonia Camulodunum deducitur, Verulamium Municipii nomine inſignitur, mox Londinium, tempore Neronis, e tenebris emergit *Copiâ Negotiatorum, & Commeatuum maximè celebre*, nondum Colonia ſed Præfectura: Prætoriumque habuiſſe videtur eo in vico ubi Lapis ille notiſſimus, ſive milliarium, ſive Columna Mercurialis in capite Fori, per multa urbis fata, & calamitates eluctatus eſt, & immobilis ſemper perſtitit tanquam Deus Terminus.

Tac. Ann. l. 14.

Londonſtone.

Eaſtcheap.

V. LONDINIO *in Itin.* V.

Quam-

Quandoquidem verò quibuſdam dubio fuit, an Legio unquam ſecunda Auguſta hic conſederit, lapidem ſepulchralem, A. D. 1669. prope Portam *Ludgate* erutum, habes jam Oxonii, qui nodum prima facie ſolvet.



P. 68.

D M
VIVIO · MARC
ANO · ML · LEG · II
AVG · IANVARIA
MARINA CONIVNX
PIENTISSIMA POSV
IT ME MORAM

Ab hac legione nuncupari alii volunt Londinium, Auguſta, & Auguſta Trinobantum: alii ab Helenâ Auguſtâ Conſtantini m. matre, ſed plures inſignitæ ſunt eo titulo urbes, quæ nullam vel Legionem Auguſtam, vel Helenam Auguſtam, agnoverunt. Quod ad nomen Londinii attinet, ſi cum Camdeno a Britannicis *Llong Navis*, & *Dinas Civitas*, id deductum vellemus, certè nulla urbs majori navium frequentiâ ditatur, nec a primis incunabilis latiùs commercium exercuit, ſi fides ſit Annalibus. Si cum Seldeno a *Llan Dien*, quod *templum Dianæ* ſonat, præter oſſa, & capita bubula, Dianæ ſacra, ſub fundamentis Eccleſiæ Paulinæ olim effoſſa, nemora illa quæ undequaq; urbem hanc cingebant, Deam nuſquam alibi magis opportunam ædem, aut celebriorem habuiſſe cultum ſuadeant. Ubi jam Civitas, & Regum Anglorum ſuperbiunt monumenta Weſtmonaſterii, floruiſſe ſylvam docet antiquum loci nomen *Thorneya*. Sylvæ erant, etiam regnante Henrico V. in quibus conventus ſuos tenuerunt Wicklevi aſſeclæ, ubi poſtea Campi Sancti Ægidii, at nunc dierum ædificia, plateæq; ampliſſimæ viſuntur. *Abbas Leofſtanus*, inquit Matthæus Pariſienſis, *opaca nemora, quæ a limbo Ciltriæ, uſque Londoniam ferè a parte Septentrionali, ubi præcipuè ſtrata Regia, quæ* Watlingſtrata *dicitur, fecit reſecari.* Viretq; adhuc Saltus Eppingenſis, venatibus a primâ memoriâ celebris ad quintum ab urbe lapidem, qua ſolem orientem proſpicit.

Tacit. Ann. l. 14.

Thorney.

St. Giles in the Fields.

In Vitis Abb. S. Alb.

The Chiltern.

Epping-Foreſt.

ſpicit. nec minùs obumbrabatur ſylvis meridionalis Thameſis ripa per Regnos Cantianoſque, & quæ nec hodie penitus ſunt ſucciſæ, & deletæ. Quidni igitur Seldeno aſſentiamus, aut ſaltèm a *Lluyn nemus*, & *Dinas*, nemoroſam hanc civitatem dictam fuiſſe arbitremur? Taceo quod *Britanni Oppidum vocarent quum Sylvas impeditas vallo, atq; foſſa munierunt*, quanquam & inde nominis ratio accerſi poteſt. nec minùs aliis forſan placeat Somneri ſententia, quæ Londinium nomen ſuum debere ſatagit Britannicis *Llaun plenus*, & *Dyn homo*, ſemper enim magnâ cum advenarum tum incolarum confluentiâ abundavit.

Caſ. in l. 5. Bel. Gall.

in Gloſſar ad X Scriptores.

Neſcio autem an illâ, quam in adverſam ſpectas, paginam inſcriptio ſit hujus loci, an cum aliis allata fuerit non multis abhinc annis ex Græciâ in Hortos Arundelianos; certè cum ædes illæ ſpatioſæ in domos plurimas privatorum conſtruerentur A. D. 1677. illuc reperta fuit.

NOVIO-


C. CAECILIVS C.
ET. Q. L. FLORVS
VIXIT. ANNOS. XVI.
ET MENSIBVS. VII. QVI.
HIC. MIXERIT. AVT.
CACARIT. HABEAT.
DEOS. SVPEROS. ET
INFEROS. IRATOS.

NOVIOMAGO. Nunc *Woodcote Warren.* A Londinio ubi deceſſeris ad Auſtrum, poſt CIↃ CIↃ Paſſ. vel circitèr, via publica diſpeſcit ſe in tres ſemitas; quarum Occidentalior per *Wimbledune* (i. e. *Windledune*, ad Vindilin fluvium) & Vallum Germanorum, qui hîc ſub A. Plautio meruere, pergit ad *Kingſtonium*, vetus oppidum (ſed & ſedem, & nomen mutavit) haud dubiè a primis Romanorum victoriis, firmatum præſidiis, quemadmodum & *Gatton*, *Bensbury*, *Wimbledune*, & *Burrow* ſuper *Benſteed Downs*, aliaque circumjacentia ad Thamiſin loca: id ſitus, & Pro-

The Vandall

Kingſton.

Provinciæ tutela poſtulabant. hîc Romani primo Thameſin per pontem trajiciebant, & fortè Claudius ipſe. hic in dunis proximis ad *Combe*, CIↃ Paſſ. ab hodierno Kingſtonio multi Romanorum imperatorum nummi ſunt effoſſi: quorum poſtremus inſcribebatur

DIVO CONSTANTIO PIO.

P. 301. Rochester, London, Kingston.

Antiquum autem hujus ſtationis nomen, ſic conjecturâ colligo: Ravennas illud Tameſam facit; hoc enim ordine locat Durobrabis, Londini, Tameſæ, Brinavis; Poſt Londinium nullum eſt aliud oppidum, quod eâ probabilitate Tameſam dixeris ac *Kingſtonium*, quod etiamnùm frequentiùs audit *Kingſton upon Thames*. A Saxonum ingreſſu Regium ſemper fuit caſtrum, & ſacri patrimonii pars, imo ibidem frequentes Regum inaugurationes celebrabantur. Sed redeo a diverticulo ad Neomagum.

Trium

Trium iſtarum ſemitarum (de quibus cæpi dicere) media ad viculum *Strettham* ſe offert; deinde per oppidum *Croyden*, & Regias ibi olim ſedes aſcendit ad *Woodcote Warren*, i. e. Neomagum. Fama inveterata & pertinax ait hîc aliquando urbem ſediſſe. Favent iſti opinioni hæc. vidi ibi plurima rudera, tegulas, ductus platearum, fundamenta, & ſaxa quadrata, puteos etiam multos, & penè contiguos, ad aquas hauriendas, profunditatis (ex uno de reliquis conjicio) incredibilis. accepi etiam in fundo Sacerdotis (*glebam* vocant) de *Beddington* aratores ſæpè in lapides politos impingere. adde his Actus ille publicus medium Neomagum ſecat hunc, aliaſque vias Vicinales in proximo adoptat ad Quadrivium *Leadcroſſe* dictum. Situs quoque hujus oppidi adeo eſt opportunus, ut præter alias benè multas ſtationes, Londinium uno conſpectu complectatur. Denique diſtantia X. M. P. a Londinio tam pulchrè convenit huic *Woodcote Warren*, ut nihil obſtare videam quin cum Camdeno, aliis aliter ſentientibus, hic ſtatuam Noviomagum.

V. REGNO *in It.* VIII. Poſt Cantianos Ptolemæus tranſit ad Regnos, Ῥήγνους, inter quos ponit Νεόμαγον. benè hæc cum noſtris rationibus conſiſtunt, qui Ptolemæum ſequentes Londinium Cantii, & Neomagum Reienſium urbes, ſeu ſtationes proximas facimus, quod ille facit. Certè ſi unius literæ, ſcilicet V cruſculum expunxeris, videbis in Ptolemæi Ῥήγνους Ρηγίνους; Hinc continuò priſcum hujus populi nomen eluceſcet quod nunc in *Suth-Rie, Reigate,* & *Rye* obſcuratur. Quemadmodum Ptolemæus Neomagum caput Reienſium, ſeu Regiorum facit, ità & Ravennas qui eum laudat & ſequitur, conſervavit in ſuis admodùm depravatè exaratis collectionibus, Ravimago Regentium, hoc eſt noviomago Regentium. *P.* 300.

Hoc ſolum addam, quoniam de Londinio Cantiano mentionem fecimus; quod Gregorius Magnus ſecutus Ptolemæi tabulas exiſtimavit Londinium fuiſſe caput Cantii, ideoque ſedem Metropolitanum Londinii voluit conſtitui.

VAG-

VAGNIACIS. Saxonibus *Med-weagſton*. Britannis *Wye* & *Way*, Latinis *Vaga*, nomen multorum apud nos fluviorum. Ad *Maidſton* (olim ut dixi *Medweagſton*) duo confluunt amnes, quorum unus appellatur *Medway*. ab ultimâ hujus vocabuli parte, ſumi videtur nomen Vagniacæ. ſed quid ſit *Med* me prorſus latet. Fluvius certè nobilis qui hic prætervolat in Peutingeri tabulis, aut oppidum ad ejus ripas ſitum, vocatur *Madus*, idemque vocabulum ſeſe offert in aliis multis apud nos exteroſque, ubi ſemper denotare Amnem videtur, nimirùm in [1] *Medloco*, [2] *Medoaco*, [3] *Meduana*, &c. Unum reſtat, quod milliarium numeri inter Neomagum & Vagniacas longiùs recedunt æquo; codices Mſs. hic inter ſe non concordant, indèque nihil certi expiſcari poteſt: legit hic VI. alius M. P. XVIII. pro quibus XXX. ſunt ſubſtituenda. Nec Vagniacas alio loco ſtatuere velim, tum ob rationes quas jam attuli, tum quod hic locatæ, cum numero milliarium inter eas, & Durobrovas optimè conveniant, & via militaris paulò ultra Neomagum ad quadrivium *Leadcroſſe* aliam excipit ab his Vagniacis venientem, ubi & repertos Romanorum nummos non ita pridem quamplurimos vidi.

[1] *Com. Lancaſter.*
[2] *Inter Venetos.*
[3] *Le Mayn, qui urbem Andegavenſem aluit.*

DVROBROVIS. *Rocheſter.* Anonymus Ravennas paulò ſecius Durobrabis. Vidi ego chartas antiquas in libro *Textu Roffenſi* dicto, ante annos D C ſcriptas in quibus legitur HROFIbꝑeVI, Civitas Roibi, & Durobrevia. In tabulis Pentingerianis ſtationum militarium habemus Roibis, & apud Gallos Breviodurum inverſim. Si *Durbryf* ſit Britannis *Amnis rapidus*, * ii qui ex inde hujus vocis originem petunt, habent a Mado flumine (qui hic rapidiſſimè ut Tigris volvitur) ſuæ ſententiæ argumentum. pro Durobrovis autem legunt alii Durobrivis, & pontem voce illâ *Briva* denotari credunt, eſt enim Antonino *Briva Iſaræ* in alio Itinere oppidum quod hodiè vocatur *Pontoiſe*.

P. 303.

In Galliâ Lugdun, item in Itinere Antonini a Fulio-bona Durocaſes.

* *V. Burton in Anto. p.* 179.

In Itin: a Cæſaromago Lutetiam.

DVROLEVVO. Sic magna ſcriptorum Codd. pars. Anonymus Ravennas Durolani ut ſupra Virolanium. Camdenus hoc interpretatur *Lenham*, ſtationemq; ibi ad viam Conſularem invenit. ſi ita ſit, numeri ſunt hic tranſpoſiti, illiq; qui Durolevo affiguntur, ſunt ad Durovernum remittendi, & vice versâ. Diſtat enim *Lenham* a *Rocheſter* XII. Durovernum vero a *Lenham* XVI. M. P. & ſic conciliantur utrobiq; numeri. Via certè illa, & nummi Romani, quos ſæpiuſculè hic egeri teſtantur ſcriptores Cantiani, Camdeni ſententiam confirmant.

P. 308.
P. 234.

Canterbury.

Philpot's *Survey of* Kent.

DVRO-

DVROVERNO. *Canterbury.* Ravennati Duroverno Cantiacorum, pro Cantianorum. Ptolemæi quidam codices legunt Δαρύερνον quod tamen ex Anonymo mallem Δυρύερνον emendare. Dictio ſonat hæc, *Aqua Alneti*, a Britannicis *Dour*, & *Guern Alnetum.* P. 301.

AD PORTVM RITVPIS. *Richburrough*, vel *Stonar* potiùs fuiſſe videtnr portus Rutupenſis Romanorum, Caſtrum autem *Richburrough* in edito loco ſitum ex arcibus ſpeculatoriis una, de quibus Gildas, *In littore quoque Oceani ad Meridiem quo naves eorum habebantur, quia & inde Barbarorum irruptio timebatur, turres per intervalla ad proſpectum maris collocabant.* P. 5.

Benè

Benè nomen Rutupiæ formavit Camdenus ex *Rhyd* & *Tywod*, quæ *Vadum Sabuloſum* exprimunt Britannis: nullus enim dubito quin longè ante Godwini comitis terras abſorpſerat Oceanus, ut fabuloſi narrant hiſtorici, vel ante ipſum in has oras Saxonum adventum, littus hoc Syrtibus & arenis periculoſum fuit. Ravennas ſcribit Rutupis; eodem modo Notitia Imperii; Beda ex Oroſio Ruthubi; Ptolemæus leviter depravatus Ρουτουπαι pro Ρουτουπαι.

P. 301.

Apud *Richburrough* adhuc ſtant veteris Caſtri Mœnia, nummi eruuntur, latereſque non hodierni moduli deteguntur, nimirum hic ſtationem habuit Præfectus Legionis II. Auguſtæ tempore quo exarata fuit Notitia Imperii Occidentalis.

Sic

Sic tandem iter longum, & tenebricoſum abſolvimus, per immenſas ambages, & Mæandros circumducti. Quis enim a Luguballio Londinium proficiſcens per Eburacum unquam, & Guenedotiam viam capeſſit? ſanè qui ita exorbitaverit, nil mirum eſt ſi non recto tramite a Londinio iterum ad Portum Ritupas perrexerit. Verbo dicam, quiſquis ille fuit qui itinera hæc inſtituit, iſta non viatorum gratiâ, ſed quo commodius, & leviori negotio Duces, præfectiq; Romani, ab unâ ad aliam migrantes, omnes militum ſuorum ſtationes viſitarent, deſcripſit. *North-Wales.*

ITER III.

ITER III.

Dubri Ox. **A LONDINIO AD PORTUM DVBRIS.**

M. P. LXVI.

Dubobrim Ox.	DVROBRIVIS	M. P. XXVII.	*Rocheſter.*
Duraruenno. Ox.	DVROVERNO	M. P. XXV.	*Canterbury*
	AD PORTVM DVBRIS	M. P. XIV.	*Dover.*

DUROBRIVIS. Licet bis ab Antonino, in hoc ſcilicet, & eo quod ſequitur itinere, apponantur XXVII. M. P. inter Londinium & Durobrivas, diſtant tamen ad minimum XXXIV. milliaria Romana. de DVROBRIVIS conſulas Iter ſuperius.

DVROVERNO. De hoc etiam ſupra.

AD PORTVM DVBRIS. Vox Dubræ denotat *duas rupes* vel *Colles*, eſt enim Britannicè *Dwy Duo*, *Bre* & *Bryn Collis*. hujus naturam loci ita depinxit Cæſar, cum *montibus anguſtis hic mare contineri* tradit. Caſtrum volunt incolæ a Julio iſto fuiſſe conditum, ſed præter lateres in ſacello, formæ non vulgaris, nullum ibi Romanæ manus extat hodiè argumentum. *Lib. 4. de B. Gall.*

Cæterùm hoc iter non agnoſcit codex Voſſianus. ergo credibile eſt recentioris eſſe itineratoris aſſumentum. Interim tabulæ illæ militares, ævi utique inferioris, & Anonymus Ravennas Dubrin non tacuerunt.

P. 301.

ITER IV.

A LONDINIO AD PORTVM LEMANIS.

M. P. LXVI.

DVROBRIVIS	M. P. XXVII.	*Rocheſter.*	Durobrius. *Voſſ.*
DVROVERNO	M. P. XXV.	*Canterbury.*	Durarverno. *Voſſ.*
AD PORTVM LEMANIS.	M. P. XVI.	*Lyme.*	

AD PORTVM LEMANIS. *Lyme Lymen, Lympne.* hujus ſtationis meminit Ptolemæus, ſi tamen Καρὸς Λιμὴν apud eum de hoc Portu intelligere libeat, mihi quidem aliter videtur. Sunt codices qui ſcribunt Lemannas. Turnacenſium numerorum ſtativa Lemannis recenſet Notitia Imperii.

P. 161.

Paulo infra oppidum *Lyme* fluvius ſe oſtendit· hunc eſſe non dubito quem Ravennas ſcriptor appellat Lemanam; cum vicinis ſi credam illum olim navigabilem fuiſſe uſque ad radices Montis *Lymehill*, vix tamen fuiſſe credam eundem cum *Rothero* amne, quem idem Ravennas Roviam vocare videtur, & a priori diſtinguit.

P. 308.

P. 308.

Ad Ripam Lemannæ fluvii magnum ſtat, & firmum propugnaculum quod ſuo vallo decem jugera complectitur: res ipſa loquitur Romanorum fuiſſe ſubſtructionem, ei nomen poſteritas fecit *Stuttfall Caſtle.* Per maris receſſum tum fluvius, tum Portus Lemannus defeciſſe videntur, & tempore procedente alius Portus *Hythe* in uſu eſſe cæpiſſe; cui & ſuum impendebat Caſtrum, Romanorum itidem opus, id hodie cognomen habet *Saltwood.* de his apud ſcriptorem ſatis antiquum me legiſſe memini *Burgus Heth pertinet ad Saltwood*, indéque video hæc duo loca a primis Saxonum temporibus fuiſſe inter neceſſaria Britanniæ munimenta. ad hoc etiam Caſtrum via deſcendit Prætoria a Durolevo, quemadmodum & altera a Duroverno ad Caſtrum *Stutfall* pergit, prioremque illam ſecat ad viculum *Leming.* Nomen hoc *Lemen*, & moderno uſu *Leming*, viam publicam majoribus noſtris notare videtur: hinc via illa militaris quæ ab Iſurio Cataractonium ducit *Leming lane*, & oppidum appoſitum *Leming* dicitur: itidem in agro Gloceſtrenſi a viâ illa nomen ſuum cepit *Lemington*, quod ad ſtratam quam hodiè vocamus *the Foſſe Way* ſitum obtinet. hinc etiam Durolevum nomen ſuum in *Lenham* mutaverit, quod *habitationem ad viam* innuere poſſit. Videant & docti, an non a viâ militari, quam tangit, Lemanus (Ptolemæo Λιμενὴ) Lacus fuerit appellatus. Si quis etiam retrogrado curſu ab Hythâ viâ Militari profiſcatur ad Thamiſin, is reperiet ad hanc ipſam viam

Hyd. *Saxonicè portus.*

viam *Lambhith*, rectiùs, ut opinor, *Lemehith*, atque indè ut priùs monui transmisso fluvio, alterum ejusdem aggerem.

Non procul a *Saltwood* viculus *Newington* Romanorum nummos ostendit, uti ut alius viculus *Newington* prope *Sittingburniam* urnas. Oppida etiam *Chilham*, & *Stowting*, hoc inter Durolevum, & Durovernum, illud inter Durovernum, & Portum Lemanis eosdem sæpiùs egerut.

Hoc solum addam, quod, si a Duroverno ad *Stuttfall* vel potiùs ad radices montis, cujus in vertice prospicitur Castrum illud, & ubi Portum Lemanis fuisse necesse est, per viam militarem, quam *Stratam Saxeam* vocant, proficiscaris, rectè huic itineri XVI M. P. assignâsse ducem nostrum invenies.

Stone-street.

ITER V.

ITER V.

A LONDINIO LVGVVALLIVM AD VALLVM.

M. P. CCCCXLIII. R. CCCCXLII.

CESAROMAGO	M. P. XXVIII	*Writtle*, or *Witham.*	
COLONIA	M. P. XXIV	*Walden*	
VILLA FAVSTINI	M. P. XXXV	*St. Edmonds-bury.*	*Siml. 25. Voſſ.*
ICIANOS	M. P. XVIII	*Ichburrow.*	
CAMBORICO	M. P. XXXV	*Cambridge.*	*Camborito. Ox.*
DVROLIPONTE	M. P. XXV	*Godmancheſter.*	
DVROBRIVIS	M. P. XXXV	*Brig Caſterton.*	
CAVSENNIS	M. P. XXX	*Nottingham.*	*Gauſennis. Sim.*
LINDO	M. P. XXVI	*Lincoln.*	
SEGELOCI	M. P. XIV	*Littleburrough.*	
DANO	M. P. XXI	*Doncaſter.*	
LEGEOLIO	M. P. XVI	*Caſterford.*	
EBORACO	M. P. XXI	*York.*	*Eburaco. Ox. Voſſ.*
ISVBRIGANTVM	M. P. XVII	*Aldbrough.*	
CATARACTONI	M. P. XXIV	*Cattarick.*	

LAVATRIS

	LAVATRIS	M. P. XVIII	*Bowes.*
Siml. 14.	VERTERIS	M. P. XIII.	*Brough.*
Brocovo. Ald.	BROCAVO	M. P. XX.	*Brougham.*
	LVGVVALLIO	M. P. XXII	*Carleil.*

LONDINIO



Pavimentum Tessellatum apud Wellow in agro Somersetensi repertum A.D. 1685.

1 2 3 4 5 6 7 8

Scala Pedum





LONDINIO. Supra ſcripſi viam illam publicam quæ Sulloniacis relictis Londinii ſuburbia penetrat ad *Portpole*, tendere per *Pontem Oldbournienſem* ad *London-ſtone*, ab hoc ſaxo in confiniis vicorum *Canon-ſtreet*, *Watling-ſtreet* & *Dowgate* poſito, iter Auſpicatur Antoninus. Poſt dirum illud incendium quo pulcherrima urbs (an dolo, an caſu) deflagrabat, foſſores per tria ad perpendiculum ſtrataque, & tot hujus oppidi cadavera penetrabant: Tandemque ultra viceſſimum ſub ſaxo pedem pervenerunt ad murum miræ craſſitudinis & firmitatis. Sub hoc muro quatuor foramina, veluti ad ſublicas recipiendas excavata, ſed tunc carbonibus plena, deprehenderunt: Quinetiam & Pavimentum teſſellatum, cujus partem vidimus, longè latéque per vicinas plateas porrectam, nec non magnæ alicujus aulæ circumcirca parietinas. Imponebatur autem pavimentum calci, calx lateribus Romanis; lateres carbonibus, vitreis fractis, teſtis contuſis incubabant. Sed ut Romanorum tum magnificentiam, tum artem magis mirere, ecce in averſam Paginam & hujus partem pavimenti, aliúſque, omnium quotquot vidi, elegantiſſimi apud *Wellowe* in Comitatu Somerſetenſi a. d. 1685. detectam. a. d. 1666.

Camdenus exiſtimat hoc Saxum fuiſſe Milliarium, cujuſmodi Romæ fuerat ſtatutum in capite Fori, ab Auguſto, ſicut ſcribunt & Suetonius, & Plinius. certè ſaxum hoc in proximo videt Forum *Eaſtcheap*, & in umbilico Urbis, ſi longitudinem ſpectes collocatur. Favet huic opinioni & illud, ubi exceſſeris P 304. In vita Othonis Lib. 3. c. 9.

Porta Veteri (*Aldgate*) ſtatim occurrit oppidum *Mile-end-green*, poſt aliquot M. P. *Leyton-ſtone*, & tertium, ſed remotius, hodie dictum *Ingar-ſtone*, olim, uti credo, *Ygæn-ſtone*, quod ſonat *lapis viceſſimus*, & benè ab oppido illo ad ſaxum hoc quadrat diſtantia. Hæc ſanè omnia ab iſto primo milliario, tanquam à capite, dicta videantur.

Paulò ad Occidentem abeſt ab hoc Saxo *Dowgate*, vel rectiùs *Dourgate*, *Porta Fluminea*; ab hac porta antiquiſſimis temporibus, ante Pontem conditum, erat Trajectus Thamiſis. Ab hâc portâ etiam juxta milliarium noſtrum, via publica ducebatur ad Portam *Mooregate*, atque ita in ſtratam illam militarem, quæ in Septentrionem procurrebat. Iterum alia via publica à Porta Veteri (*Aldgate*) juxta idem ferebat. Has quatuor vias, nec plures ſolebant, primò ſunt metati Gromatici Romani, more iis uſitato in urbibus deſignandis. Hoc igitur Saxum fuit Groma, ceu Norma, ceu Canon, & inde nomen vico *Canon-ſtreet*, ubi defigebatur. Sub eo, ut oportuit, fuere foramina quatuor (tetrantes illi dicebant); & non procul aula, ſive Prætorium juxta quod Groma ſemper habuit locum: nec hæc obſtant quin idem Saxum pro milliario reputari potuerit.

Tetrantum veterum lapides adhuc parent, Et Mediis in tetrantibus lapides figere. Hygin. v. Salmaſ. Plinian. Exercitat. p. 672.

LUGVVALLIO. Antoninus aliquandoque per compendium, plerumque per loca clariora, ut hîc, itinera inſtituit, quæ ut in unum quaſi colligat, fit ut aliquando latius exorbitet. De hoc LUGVVALLIO, licet haud credo quod ſit idem, vide LUGVVALLIUM in ſecundo Itinere.

CÆSA-

CÆSAROMAGO. Scio alios ponere *Chelmsford*, alios pro Cæsaromago *Burgsted*, omnes ex conjecturâ tantum. Viam militarem nusquam vident oppida illa, nec numeri milliares aliquid habent certitudinis, nec loca vestigia antiquitatis. Tabulæ Peutingerianæ afferunt Baromagum, Bârus vocatur fluvius iste qui non procul ab oppido *Witham* in fluvium quem vocant *Aquam nigram* dilabitur. Ostendit adhuc oppidum illud castri antiqui semirutum vallum, & si malè quoad distantiam cum Londinio, & Durolito convenit, meliùs sese tamen habet, respectu habito, sive ad Coloniam, in hoc, sive ad Canonium in nono Itinere. Tanta autem est in certitudo, tantæ sunt tenebræ, ut nihil hic mordicùs asseram. Licet verò nulla jam ostendat antiquitatis suæ monumenta oppidum quod vocatur *Writtle*, cum tamen ab omnibus circumpositis stationibus, non incongruè respondeant ei milliarium numeri, & via olim à Londinio ibi transcurrerit, non ineptè hanc sibi stationem vendicare nonnullis visum est.

The Bar.
The black Water.

COLONIA, Numeri XXIV. huic Coloniæ à Cæsaromago, (sive sit illa statio *Witham*, sive *Writtle*) affixæ, cum veris adeo ad amussim, & cum illis qui in alio itinere Camuloduno apponuntur, adeò benè, licet non omninò, congruunt, ut quod unus idemque sint Colonia & Camulodunum locus facile crediderim. Quanquam autem ad fluvium *Colne* non negem Castrum fuisse Romanorum, non tamen hanc Coloniam ibi deductam fuisse existimo, quia nec Camulodunum ibi stetit. Sint igitur Colonia, & Camulodunum una eademque Urbs, & hæc apud *Walden*, cui pulchrè convenit distantia à Cæsaro-

It. IX. ubi à Camuloduno. CANONIO. M. P. IX. CÆSARO M. M. P. XII.

mago ex hac parte, quemadmodum & ex altera à Villa Fauſtini, ſi cum plurimis Mſs. legas M. P. XXV. loco XXXV.

VILLA FAUSTINI. Fauſtinus villam Baiis habuit cujus deſcriptionem dedit Martialis: quid ni & habuerit in Britanniâ. Rus magè ridens & amœnum, quam hîc apud St. *Edmundsbury* (Saxonibus illa fuit Bebenicz ȝueonðe, *Curia* vel *Villæ Fauſtini*) nuſquam floret. Codex meus Mſs. hîc legit M. P. XXV. tantum.

l. 3. Epig. 58.

ICIANOS. Aliquibus *Exning*, ſed diſtantia, tum à Villâ Fauſtini, tum à Camborito, ſtationem hanc revocat ad *Ichburrow* inter Norfolcianos.

CAMBORICUM, vel CAMBORITUM. Fluvius qui ortum habet non procul à viculo *Henham* in Agro Eſſexienſi, & qui præterlabitur *Walden*, & *Ickeltun*, deindeque Cantabrigiam alluit *Cam* appellatur. Ad hujus Ripas quærenda eſt hæc ſive Statio, ſive Manſio. Propè Pontem Cantabrigienſem nummulos Romanorum ſæpè repertos fuiſſe ſcribit Camdenus: ipſe in Campis de *Cheſterton* (in cujus Oppidi Territoriis ſtat Caſtrum Cantabrigienſe) vidi unum erutum, cui prima Facies erat Romæ caput, altera Caſtor & Pollux uno equo inſidentes.

Paulò ſupra Cantabrigiam *ſtat vetus civitatula*, ut Beda loquitur, *cui Nomen eſt Grantaceaſter*. Sic dicitur illa ab altero Fluvii iſtius brachio *Grant*, cujus Fontes inter viculos *Henxworth*, & *Aſhwell* inter Hertfordienſes emergunt. Ad illam etiam nummos effoſſos ſæpè monſtrant. Credo viam militarem

rem hâc tranſiiſſe, poſtquam nobile illud Vallum reliquit cui Nomen eſt *Hogmagog-hills*, ad tertium à Cantabrigia lapidem: quo in vallo magnam Romanorum numiſmatum copiam egeſſere foſſores, dum ex aggere cellam vinariam excavarent, a. d. 1685. Horum aliquot ad me devenere, ſed Valentiniani ſenioris & Valentis Imperatorum omnia. Quod indicat ibi Romanos æſtiva olim habuiſſe, licet declinante Imperio forſân, nec fuiſſe illa mera Gothica, vel Vandalica caſtra ut nonnulli volunt: quod ad rotundam formam quam habent attinet, Vegetius nos docet, *Interdum Romanorum caſtra fuiſſe quadrata, interdum Trigona, interdum ſemirotunda, prout loci qualitas & neceſſitas poſtulaverit.* Quid igitur religioſiſſimè ſemper quadratam formam Caſtris ſuis impoſuiſſe Romanos contendunt? Habes præter Vegetium, habes præter circulare hoc caſtrum triplici vallo munitum, & aliud duplici circundatum apud *Tanesbury* in agro Wiltonienſi, ubi Numiſmata Trajani, Aurelii, & Sabinæ Auguſtæ in lucem paucis abhinc annis prolata, rem extra controverſiam ponunt: habes & tertium inter Somerſetenſes quod appellant accolæ *Camalet*, & quod Triplex etiam cingit agger, ex quo indies eruuntur nummi Romanorum. Fatendum tamen eſt nomen aliquid Danicæ Origenis ſapere, credo enim Ruſticos noſtros *Hoog maght*, quod *Altum Robur* ſignificat, & naturæ loci ſatis congruit, in nomen fabuloſum Gigantis neſcio cujus *Hogmagog* corrupiſſe. Camboritum autem vadum Cami innuit.

l. 1. c. 23.

Ann. 1687. & 1696.

Cam fl. Rhyd vadum. Brit.

DUROLIPONTE. Omnes noſtri Antiquarii Durolipontem Huntingdoniæ vel Godmanceſtriæ collocant, longè tamen repugnantibus numeris Antonini;

nini; distant enim illa oppida xv tantum milliaria à Camborito; mirum igitur cur & Camdenus distantiam Itinerariam laudet. Refringit ille dictionem sic *Dur-osi-ponte*, *Pons Aquæ Ousæ* quod veri Similitudinem præ se ferre non negem. Quamvis autem vereor ut nimis audax conjectura, quam affero, videatur, illam tamen reticere nolo, æqui autem bonique consulat lector, donec probatiorem sciat.

Appellabatur olim *Gormanceſter*. Paulo supra oppidum hoc fons est ad Lepram purgandam efficacissimus. Medicis Lepra est Elephas. Majores nostri *Oliphant* pronunciarunt, morbumque illum per *Gormes* expressérunt. Hæc faciunt ut scribam hic Duroliphante. Quemadmodum vero urbs illa alia *Akemanceſter* ab iis nominabatur qui illuc ad dolores, quibus laborabant, tollendos confluxerunt; ita & hanc urbem *Gormancheſter* ab Elephantiacis dixerunt.

Bath.

Verisimile est aggerem publicum Ousam Fl. trajecisse ad *Offord* i. e. *Old-ford Vadum antiquum*, juxta Pratum *Portmead*, & per *Brampton* villam olim regiam ad *Walmsford* procurrisse.

p. 396. DUROBRIVIS. *Dorneford* Camdeno, ubi manifesta vidit urbis prostatæ indicia, & nummos Romanos. Numeri M. P. vero hic multùm redundant Antonino, dissitæ enim sunt Durobrivæ, si ad *Dorneford* habeantur, vix XX milliaria à Duroliponte. Suspicor itaque Durobrivas hasce esse *Brig Castertón* ad secundum ultra *Stanfordiam* lapidem, & pro XXXV legenda esse XXX. M. P. quæ vera

ra eſt diſtantia inter oppidum illud & *Gormanceſter*, atque eo potiùs, quod ferè eandem habet à Cauſennis, quam & illis aſſignat Antoninus. *Nottingham.*

Cæterum duæ viæ conſulares à *Dorneford* manifeſtis procedunt dorſis, hæc ad ſiniſtrum (*forty foot way* dicta quia XL pedum lata) per *Tynwell* paulo ſupra *Stanfordiam* ad *Brigcaſterton* progreditur; altera illa ad dexteram (*Long Ditch*, & *Strata alta* dicta) per *Deeping* ſe inſinuat in Lincolnienſes. Prior Boream verſus pergit à *Brigcaſterton*, & magna ſe mole attollit ad Crucem Quinquemilliariam, ibique divortium facit, ut unâ ſemitâ Nottinghamenſes viſet, & alterâ Lincolnienſes per *Withamam*. Ravennas hic agnoviſſe videtur Durobriſin. *The high Street* *Five mile croſſe.* p. 303.

CAUSENNIS aliter GAUSENNIS, rectiùs Gofennis vel Gauvennis. *Ceven*, & Covennæ, & Gobennæ ſunt rupes conglomeratæ. In comitatu Eboracenſi rupes propè *Ottely* dicuntur *the Cheven*; in illo Cantii, oppidum *Sevennoc* i. e. *Cevennoc* ita dicitur à vicinis collibus. *Gevenny* eſt tum Mons, tum Fluvius in agro Monmuthenſi, unde Gobannium Antonino. Cauſennas itaque lego, per illas autem intelligo *Nottingham*. De illâ Camdenus, *A præruptis ſaxis in Auſtrali parte fluviolum Linum deſpectat, & Caſtrum ſublime in rupe ſurgit.* Nec dubito quin operoſæ illæ Cryptæ, concamerationes, cavernæ ſubterraneæ è vivo ſaxo exciſæ in hac urbe Romanam loquantur magnificentiam, uti ut illæ aliæ quæ Devæ, & Iſcæ Silurum celebrantur, eoſdem auctores, quod omnes admittunt, habuerint. Adde his, ſupputationem diſtantiæ à Cauſennis ad Durobrivas (*Nottingham & Brigcaſterton*) pulchrè cum v. Cam. p. 569. v. Boch. Geog. Sac. lib. 1. c. 42. p. 412. R. Higd. Polychron. p. 200. Gyral. Camb. Itin. Camb. c. 5.

cum numeris Antonini concordare, uti etiam cum illis quos inter Caufennas & Lindum locat.

Hodiernis Oſ. Saxonibus fuit oppidum hoc *Snottengaham, Speluncarum domus*: Britannis antiquis *Kaff* & *Kaou Caverna.* Si itaque minus arrideat conjectura noſtra quæ Gauvennas, à *Ceven* deduxit, originem iſtius dictionis à *Kaff* vel *Kaou* petas licet, quod non minus noſtram confirmabit ſententiam, de ſitu hujus ſtationis.

p. 303. LINDO. *Lincolne.* Anonymus Ravennas habet expreſſè Lindum Colonia, hoc uno vocabulo adjecto, quantum lucis affudit ille hiſtoriæ antiquæ? magnas profectò gratias ei debemus quod tandem ſubſcriptionem Concilii Arelatenſis intelligamus.

Adelphius Epiſcopus de civitate Colonia Londi, haud dubiè pro *Colonia Lindi*, hoc ipſum Beda pœnè vidit cum hanc urbem Lindi-collina nominaret. Ptolemæus quoque Lindum dixit. Romana numiſmata in campis ad Boream hujus civitatis inveniri notat Lelandus. In Itinerario.

In Itinere IX. SEGELOCI. In alio itinere ſcribitur AGELOCO. *Little-burrow.* Hic dum fluvium Trentam trajicerem a. d. 1701. Urnam ex rubro confectam luto offendi, in Occidentali ripâ, ſed in fruſta comminutam. Præter oſſa & cineres, continebat & nummum Domitiani facie impreſſum, æreum, & ſecundæ magnitudinis. Fuerunt caſtra, ſeu Statio Romana ſuper collem ad orientalem fluminis marginem, hodiernum ſtat oppidum ad Occidentalem. Seges dicitur Britannis *Achluſyr*, cujus a priore dictionis parte, & *Llwch*, *lacus*, formatur forſan Agelocum, ſicque habes & Agelocum & Segelocum.

Trenta

Trenta equidem ſæpe ripas ſuas hic magna aquarum mole ſuperat, & arva depreſſiora quæ latè patent, lacu non modico adimplet.

DANUM uno ore omnes ſtatuunt eſſe *Doncaſter*, nec refragantur Antonini menſurationes. Ubi Dano deceſſeris ſtatim te excipit via militaris ſublimi Criſtâ.

LEGEOLIO. *Caſtleford* vel potius *Caſterford* ad Ari & Calderi fluviorum conjunctionem. Sanè Ravennas his in oris adfert Lagentium, & in nono Itinere ſcribitur hoc ipſum oppidum LAGECIUM. Credo hic aliquando fuiſſe ſtationem Lagentium quorum meminit Notitia Imperii p. 181. Tantus eſt propè *Caſtleford* Romanorum numiſmatum proventus, ut Monetam ibi ſementem feciſſe dixeris. Via publica hic ſe findit in duos calles, quorum unus per *Aberford* & *Wetherby* ducit ad Iſurium; alter per Calcariam ad Eburacum, quod diſtat XVI. M. P. p. 304.

EBURACO, de hoc ſupra in primo Itinere.

ISUBRIGANTUM. Contractè pro Iſurio Brigantum.

CATARACTONI. Vide primum Iter.

LAVATRIS. } de his in ſecundo Itinere.
VERTERIS. }

BROCAVO. Brocavum hoc & Brovonaca illa in ſecundo itinere volunt plerique unam eandemque eſſe ſtationem, eamque *Brougham Caſtle* hodiè vocari. Mihi quidem Brocavum eſſe *Brougham*, Brovonaca, ſeu Brocanaca eſſe Candalia videntur. Multum priſtini Vide Brovanacis, in II. Itinere.

ſtini nominis retinet, & alia antiquitatis ſuæ veſtigia, præterquam quod benè numeris quos inter Caſtrum hoc &VERTERAS aſſignat Antoninus correſpondeat, & rectâ ducit ad Luguvallium ſemitâ, quod tamen XVII tantum M. P. abeſſe fatendum eſt. nulli legunt codices Mſs. BROVONACIS in hoc, nec BROCAVO in ſecundo Itinere, quod noſtræ multum opinioni favet. Brocara fortè Ravennati eſt.

p. 306.

LUGVVALLIO. De duobus Luguvalliis conſulas quod diſſeruimus, ad initium hujus, & ſecundi itineris.

ITER VI.

A LONDINIO LINDUM. M.P. CLVI.

p. CLVIII.

Durocobrius. Voſs. Durocobrivis Ox.	VEROLAMIO.	M.P. XXI.	*Verulam.*
Magioninio. Voſs. XVII. in Itin. II.	DUROCOBRIO.	M.P. XII.	*Hertford.*
Iſannavantia. Voſſ Iſannavenna.	MAGIOVINIO.	M.P. XII.	*Dunſtable.*
Venonis. Voſs. Ox.	LACTODORO.	M.P. XVI.	*Stony Stratford.*
Rata. Ox.	ISANAVATIA.	M.P. XII.	*Weedon.*
Vernometo.	TRIPONTIUM.	M.P. XII.	*Dowbridge.*
	VENNONIS.	M.P. IX.	*Cleybrook.*
	RATIS.	M.P. XII.	*Leiceſter.*
	VEROMETO.	M.P. XIII.	*Charnly.*
	MARGIDUNO.	M.P. XIII.	*Willoughby.*
	AD PONTEM.	M.P. VII.	*Eaſt Bridgeford.*
Crorolana. Voſs.	CROCOCOLANA.	M.P. VII.	*Collingham.*
	LINDO.	M.P. XII.	*Lincoln.*

De

De { VEROLAMIO / DUROCOBRIO / MAGIOVINIO / LACTODORO } adeas ſecundum Iter.

ISANAVATIA pro Bennavenna, codices enim aliqui hic afferunt ISANAVENNA de qua dictum eſt in eodem itinere.

TRIPONTIO. *Towceſter* (ubi tres ponticulos notavit) vult Camdenus eſſe Tripontium hoc, & hic extra ſuum locum poni. Mirum ſanè eſt cur hic retrogrado greſſu petat Antoninus ſtationem hanc; mirum etiam cur & in alio itinere ubi per Bennavennam tranſit ad Lactodorum (inter quæ in medio ferè itinere locatur *Towceſter*) nullam Tripontii mentionem injiciat, ſi eo loci fuiſſet. Neque numeri M. P. inter Bennavennam & *Towceſter*, neque inter oppidum illud & Vennonas aliquo modo congruunt illis Antonini, quippe quod à priori VIII. modò, à poſteriori XXVI. diſtat. Ubi itaque quærendum eſt hoc Tripontium? Ubi niſi ad *Dowbridge* propè *Lilburne*? Quo nos rectè ducit Agger publicus, & ubi *manſionem fuiſſe Romanorum perſuadent ſitus ad viam militarem, antiqua valla & monticulus in conum aggeſtus*, quibus & adjiciam duodecim ferè milliarium à Bennavennâ diſtantiam & novem à Vennonis. Scio equidèm nomen hodiernum potiùs *duos*, quam *tres* innuere pontes, hoc tamen me nihil moratur, ſed potiùs in Sententiâ illâ confirmat, cum Pontes hic plures fuiſſe arguat; unum jam forſan amiſerit amnis in anguſtiores limites contractus. Via certè publica conſpicua eſt à Lactodoro, & Bennavennâ ad Tripontium hoc

lt. II.

Sic & omittitur Vindomis inter Ventam Belgarum & Callevam in VII. ITIN.

Tripontium hoc in IIX. IT. & alia loca deſunt, quæ tamen in II. & VII. occurrunt.

v. Camb. p. 381

Dwy duo Brit.

(*Dowbridge*:) mox ſe in duos ramos findit. Quorum ille ad Vennonas & Manduеſſedum ducit, hic ad Ratas porrigitur rectò tramite.

In ſequenti inſcriptione, pro TRIPUTIEN legendum fortè TRIPONTIEN, & huic loco Brittonum. Numerus ille aſſignandus eſt.

Gruter. p. XCIII.

NYMPHIS φ
N̄ φ BRITTON
TRIPUTIEN φ
SUB. CURA φ
M φ ULPI
MALCHI φ
7. LEG. XXII.
PR φ P φ F φ

VENONIS, de hac ſtatione dictum eſt in Itinere ſecundo.

RATIS. *Leiceſter*. In quibuſdam Ptolemæi exemplaribus Ῥάγε, in alius Ἔρατα rectiùs paulo legimus. Anonymus Ravennas vocat has Ratæ Corion, i. e. Ratæ Coritanorum.

p. 302.

Filix hic ubique naſcitur, hanc Dioſcorides monet linguâ Celticâ Ῥατιν dici, Britanni appellant *Rhedyn*. Vallumque ad urbem etiamnum vocatur *Radikes* pro *Ratdikes*. Extant denique hodiè Leiceſtriæ ruinoſi parietes Romano latere compacti, qui ſatis

ſatis probant authores ſuos, licet vulgus *Judæorum murum* appellent. *Jews Wall.*

VEROMETO, aliter VERNOMETO. Ait Ranulphus Higdenus Viam, quæ dicitur *The Foſſe way*, per vaſta plana duxiſſe Lincolniam. Ruricolæ adhuc commemorant *Vaſta* illa, in Forreſtâ de *Cherne*, quæ ab illis vocatur *the Waſt*. p. 196.

Hæc vox *Cherne*, alludit ad Vernometum, & vicus in Vicinia audit *Quarendon*, alius *Garenton*. *Guern* eſt Britannis *Alnus*, unde formari videtur Vernometum, ut à Dumis Dumetum. Accedit quod hic Romana cernuntur veſtigia in oppidorum nominibus *Lougburrough*, *Burghley*, & *Barrow*. Cum verò nihil niſi nuda ſuperſint hic nomina, ubi ſtationem hanc figam planè pendulus hæreo, licet non multum refragetur milliarium numerus ad *Charnley*, quod eandem obtinet diſtantiam à Ratis, ac Burrow, quo locatur Vernometum hoc à plurimis antiquariis.

MARGIDUNO. *Willoughby on the worlds*, oppidum adhuc inter *Vaſta*, & juxta *Dumum* ſitum. Calce ſive *margâ* quâ fæcundant agros, tota hæc regio inter *Barrow* in comitatu Leiceſtrenſi, & Margidunum hoc, ſcatet: Romanamque fuiſſe ſtationem copia nummorum hic indies in lucem producta arguit, quemadmodum & via in viciniâ militaris quæ ducit.

AD PONTEM, *Eaſt Bridgeford* inter Nottinghamenſes, hic ſe adhuc oſtendunt Romanorum reliquiæ, & campus ubi compareant, ab incolis dicitur *Burrowfield*.

CROCO-

1. In Cantio.
2. In Ceſtriâ.
3. In Cumberlandiâ.
4. In Devonia.
5. Ad Colebrook.
6. Ad Colnceſtriam & in Glovernia.
&c.
Cruccyvlym. Crucca Brit. curvus.

CROCOCOLANA. [1]*Crec*, [2]*Croc*, [3]*Croco* & [4]*Crocar* ſunt variorum apud nos fluviorum appellationes, imo & [5]*Cole* & [6]*Colne*. *Collingham* invenies ad fluviolum quem *Fleet* vocant Lincolnienſes, *Cyvlym* Britannis eſt idem quod Anglis *Fleet*, nempe *Velox*, *rapidus*; unde nomen fortè huic ſtationi ad ripas hujus *Fleet*, uti hodiè dicitur. Nec obſcura Crococolanæ veſtigia ſuperſunt in *Collingham*, ubi etiam multa Conſtantini numiſmata à ruſticis ſub aratro deteguntur.

Quandoquidem autem longè aliter iter hoc inſtitui ſupputârunt alii, nempè qui Vernometum per *Burrough*, Margidunum per *Market Overton* vel *Belvoir Caſtle*, Ad Pontem per *Paunton*, & Crococolanam per *Ancaſter* deſignari autumarunt; non hic abs re erit ſemitam noſtram quæ ferè militarem illam, *the foſſe way*, dictam, ſequitur, illamque aliam oculis ſubjicere, ut quivis æquus rerum æſtimator, habitâ ratione tum ſingulis locorum appellationibus, tum eorum diſtantiis à Romano Gromatico menſuratis, uno intuitu dignoſcat, an aliorum, an noſtræ calculum ſententiæ apponat.

VERNOMETO.	XIII. *Charnly, Charnwood.*	XII. *Burrow*		XII.
MARGIDUNO.	XIII. *Willoughby*	XII. *vel*	*Market Overton* / *Belvoir-Caſtle*	VII. / XIV.
AD PONTEM.	VII. *Eaſt-Bridgeford*	X. *Paunton*		VI.
CROCOCOLANA.	VII. *Collingham*	XII. *Ancaſter*		VIII.
LINDO.	XII. *Lincolne*	XI. *Lincolne*		XVI.

Diſtat à *Market Overton*, IX. M. P.

LINDO. vide Iter VI.

ITER

ITER VII.

A REGNO LONDINIUM. M. P. XCVI.

CLAUSENTO.	M.P.XX.*Southampton.*
VENTA BELGARUM.	M.P. X. *Wincheſter.*
CALLEVA ATREBATUM.	M.P. XXII. *Henley.*
PONTIBUS.	M.P. XXII. *Colebrook.*
LONDINIO.	M.P. XXII. *London.*

REGNO. Ptolemæus hîc ponit gentem qui Ῥῆγνοι, vel, ut libri Mſs. Ῥήγνοι, dicebantur. Locus hic miris modis torſit antiquarios noſtros. Scio ego Romanos, & eorum Auxiliares multa locorum nomina in Britanniam ſecum intuliſſe, ex iis quibus ipſi populis profecti erant. Ad fluvium *Regen* in Vindelicia ſtabat Regium, Reginum, Regina, Reginca Caſtra; Quemadmodum itaque aliqui (& fuerunt fortè LEG. VI. VIC.) Cambodunum, Brigantiumque nobis dederunt, quidni & advexerunt alii Regnos vel Reginos, & Regnum quod in antiquiſſimo pœnè apud nos libro *Rincwood* appellatur. Antonini vulgata lectio poſſit mutari in REGINO, ita certè oppidum illud in Rhætiâ ſcribitur in tabulis Peutingerianis, ubi etiam Regino ſtat proximum Serviodurum, nec ſanè longè abeſt ab hoc noſtro *Rincwood* Sorbiodunum. Poteram his addere multa hîc circumcirca à voce *Vind* oppida nominari, qualia ſunt *Winton*, Vindogladia *Winbourn*, *Bindon* &c. Quod arguat Vindelicos hic olim conſediſſe, ſi non appellationes ſuas traxerint & ab iis qui Vindomum huc ſecum attulerunt. Nec tacet Notitia Imperii de

V. Velſer. p. 90. & tabulas Peutin.

Doomſday Book.

V. Velſer. p. 738.

v. VINDOM. & VINDOGLADIA in XVI. Itin.

de Regiis, Reginenſibus, & Reginis Caſtris, de Regnis autem, niſi apud nos, nuſquam me memini legiſſe.

In Tranſylvaniâ. CLAUSENTO. *Southampton.* ut *Clauſenburg*, ſic Clauſentum à Claudio Imperatore; cujus ipſius ductu, vel certè auſpiciis, inſula Vecta, & regiones confines ſub jugo venerunt Romano. Sunt ex Hiſtoricis noſtris qui ſcribunt Britannos ædificâſſe civitatem, in honorem Claudii Cæſaris, Camalodunum aliqui, Gloceſtriam alii intelligunt. Templum equidem Claudii habuit Camalodunum, at claruit iſta urbs ante Imperatoris hujus tempora, erat enim, Dione teſte, Cunobelini Regia. De Gloceſtriâ verò, quam nec illam eſſe Civitatem credimus, quod de Glevo ſcribitur in XIII Itinere, conſulas.

Ran. Hygd. p. 216. Will. Malms, l. 4. l. 60.

Fateor nihilominùs Clauſentum non abſurdè deduci à Britannicis *Claudh*, *foſſa*, & *En* quod in compoſitione dictionum innuit *caput*, vel *finem* rei alicujus. In tali, inquam, compoſitione pro *Pen*, ſæpè occurrit *En* particula, ſive mutatâ literâ *P* initiali in *H* ut vult Camdenus, ſive in *F* ut vult optimè de patriâ ſuâ meritus, eruditiſſimus *Edwardus Lhuyd* in Archæologiâ Britannicâ, quem de hac re conſulas. Sic habes Clauſentum à *Clawdh fen*, *Caput foſſæ*; ſic *Gabroſentum à Gafr fen*, *Caput Capræ*, in contextu enim neceſſariò penè vel amittitur ſonus literarum illarum *H* & *F*, vel ob meliorem Euphoniam in *S* mutatur.

p 606.

p. 19. Coll. 2. 3.

VENTA BELGARUM. *Wintcheſter.* Sunt & aliæ Ventæ, Silurum & Icenorum. Venta eſt *Amnis* ab *Aven* quod idem Britannis denotat. Unde vari-

variantibus dialectis, *Gwen*, *Ven*, *Vent*, *Wen*, *Wendele*, aliaque ejuſdem Farinæ.

De ſitu hujus urbis non finit dubitare Anonymus Ravennas, qui eam non procul à Bindogladiâ locat, & fruſtrà erunt qui Briſtoliam eſſe contendunt. Nummi Romani, & Balneorum ruinæ nuper retectæ, cum reficeretur Caſtellum, arguunt Ventæ olim fuiſſe ſtationem Romanorum; hæc ab oculato teſte accepi. Winbourn.

Belgæ à Germanis orti ſunt, inquit Cæſar, *&* incolebatur *maritima pars* [Britanniæ] *ab iis qui prædæ ac belli inferendi causâ, ex Belgio tranſierant; qui omnes ferè iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eò pervenerunt, & bello illato ibi remanſerunt, atque agros colere cæperunt.* Hæc non parùm conjecturam noſtram de nominibus extraneis, harum civitatibus regionum impoſitis confirmant. Erant enim tum Belgæ, tum Vindelici Germaniæ populi, quibus moris erat civitatum ſuarum nomina in migrationibus ſuis ſecum aſportare, quod & in has fecerunt oras, illi cum huc belli inferendi causâ tranſierant, vel hi ſub Romanis aquilis militantes. L. 2. Bell. Gall. L. 4. Bell. Gall.

CALLEVA ATREBATUM. Atrebates ut Belgis in Galliâ vicini, ita & in Britanniâ, quippe qui ſimul huc fortè tranſierant. CALLEVA ſcribitur in aliis codicibus Gallena & Galleva, & in itinere à Glanovento habes Gallava. Ravennas adfert Caleba Atrebatum, nummus apud Camdenum CALLE. Ptolemæi variant codices, Ναλχεῦα, Ναλχεῦα p. 301.

κεῖα & Καλκεῖα. Unum oppidum his nominibus, licèt multis, designatur *Hencly*, vulgò *Henly*.

Silchester. Primò omittitur, nescio quo casu, Vindomis post Ventam Belgarum, quæ tamen occurrit in itinere XVI ad distantiam XV. M.P. à Calleva, & XXI à Venta Belgarum. Legenda sunt itaque pro XXII, XXXVI. M.P. quæ faciunt numeri sibi juncti, & quæ vera est intercapedo inter *Winchester*, & *Henley*. Deindè numeri sicut in hoc scribuntur Itinere, nec oppido *Henly*, nec illi quod dicitur *Wallenford*, quodq; multi Callevam hanc esse volunt, conveniunt. His

Spene. & addam, à Spinis viam militarem rectè huc ducere, nullam verò viam, quicquid alii scripserint, nullas Romanæ antiquitatis reliquias apud *Wallenford* supereſſe; at apud *Henley* illorum nummos in ipso foro, & alibi repertos. Accedit etiam quod quædam pars hujus oppidi, nomen antiquum adhuc retineat *Ancastle*, quo ferè vocabulo Cæsar hunc populum designat, quos vocat Ancalites. Favent etiam isti conjecturæ, dictiones illæ Græcæ Ptolemæi, si transpositis literis legas Ἀνκλεῖα vel Ἀνκελεῖα. Antoninus posuisse videatur Caleva, pro Ancaleva, & in Mss. codicibus hujusmodi aphæreses sunt frequentes apud eum.

Nec obstat quod Ancaleva hæc jam ad Dobunos, non ad Atrebates pertineat, certè utramque fluminis ripam intra suos limites continet, & jura ibi etiamnum obtinet. Nec est incognitum apud nos confinia comitatuum sese mutuò intercurrere. Bonium ad Flintenses pertinet, & tamen inter Cestrenses, Salopienseſque jacet: pars etiam quædam comitatûs Buckinghamienſis occupat solum Oxonienſe, non

non procul ab eo quo verſamur loco: imò, quod magis ad rem, major & antiquior, portio ipſius oppidi *Wallenford* inter Dobunos jacuit, cum interim Atrebatum Civitas, jam diu audit.

PONTIBUS. Quatuor rivi fluminis *Cole* quatuor pontibus juncti inter Ancalevam, & Londinium huic loco nomen fecerunt: qui hodiè appellatur *Colebrook*. Numeri hîc non præter ſolitum peccant, ſunt enim inter *Henley* & *Colebrook* XVIII tantum M.P. inter illud autem oppidum & Londinium habes XXII, ſi ad ſaxum milliarium, ut par eſt, ſupputentur. London-ſtone.

ITER IIX.

AB EBURACO LONDINIUM. M.P. CCXXVII.

LAGECIO.	M.P. XXI.	*Caſterford.*	Lagetio. Voſſ.
DANO.	M.P. XVI.	*Doncaſter.*	
AGELOCO.	M.P. XXI.	*Littleburrough.*	
LINDO.	M.P. XIV.	*Lincolne.*	
CROCOCOLANA.	M.P. XIV.	*Collingham.*	
MARGIDUNO.	M.P. XIV.	*Willoughby.*	Deeſt in Aldino Cod. delet. in Ox. Margitudo. Voſſ.
VERNOMETO.	M.P. XII.	*Charnley.*	
RATIS.	M.P. XII.	*Leiceſter.*	
VENONIS.	M.P. XII.	*Cleybrook.*	
BANNAVANTO.	M.P. XVIII.	*Weedon.*	Benavanto Ox.
MAGIOVINTO.	M.P. XXVIII.	*Dunſtable.*	Magioninio. Voſſ.
DUROCOBRIVIS.	M.P. XII.	*Hertford.*	
VEROLAMIO.	M.P. XII.	*Verulam.*	Verolanio Voſſ. Virol. Bent.
LONDINIO.	M.P. XXI.	*London.*	

De EBURACO in primo Itinere.

LAGECIO, Lagecium idem eſt ac Legeolium in quinto Itinere, quod etiam conſulas de DANO, AGELOCO, & LINDO.

CROCOCOLANA. M.P. XIV in hoc; in ſeptimo autem Itinere M.P. XII. omittitur hic PONTIBUS, inter Crococolanam & MARGIDUNUM, quod etiam in aliquibus deeſt exemplaribus, & diſtat in ſeptimo Itin. M.P. XIII à VERNOMETO, quod cum RATIS, & VENONIS ad diſtantiam ab illis, IX. M.P. illic quæras.

BANNAVENTUM in eodem itinere recurrit ſub nomine ISANAVATIA, ubi diſtantiam à Venonis obtinet XXI. M.P. hic autem locatur ad XVIII ab illis lapidem, omiſſo interim TRIPONTIO.

MAGIOVINTO poſt LACTODORUM, quod hîc non apparet, in ſecundo viſitur itinere. Ubi etiam inveniendæ ſunt DUROCOBRIVÆ & VEROLAMIUM cum SULLONIACIS comitantibus, licet hînc abſint.

Cæterum numeros quos hoc exhibet Iter, accuratiùs cum illis, quos dant alia, contuli; ut quam ſint incerti, leviſſimo ſanè negotio quivis exploratum habeat.

ITER

ITER IX.

Icinorum. Voſſ.

A VENTA ICENORUM LONDINIUM M.P. CXXVIII.

r. CCXXVI.

SITOMAGO.	M.P. XXXI.	*Wulpitt.*	Situmago. Voſſ.
COMBRETONIO.	M.P. XXII.	*Brettenham.*	Compretonium. Voſſ.
AD ANSAM.	M.P. XV.	*Barklow.*	
CAMULODUNO.	M.P. VI.	*Walden.*	Camoloduno. Voſſ.
CANONIO.	M.P. IX.	*Canfield.*	
CÆSAROMAGO.	M.P. XII.	*Writtle.*	
DUROLITO.	M.P. XVI.	*Leyton.*	
LONDINIO.	M.P. XV.	*London.*	

VENTA ICENORUM. Nunc *Caſter* ad *Wentfar* fluvium quem Taum videntur dixiſſe Britanni, nam numiſmata his locis effoſſa præferunt IC. DURO. T. & in tabulis Peutingerianis habes ad *Taum* ſtationem, fortè ubi nunc *Taeſborough*.

Ravennas ſcribit Venta Cenomum, corruptè pro Icenorum, accolæ fluminis Ouſæ, quod aliis dicitur *Iken*, *Yken*, *& Ycin* ex utrâque ripâ appellantur Iceni. In his etiam tractibus priſtini ſonum vocabuli adhuc audimus in *Ikenthorp*, *Ikenworth*, *Icenild Street*, &c. Et fluviolus etiamnum *Ike* dictus in portum Orfordienſem labitur. p. 303.

Sunt & alii Iceni in agro Hantonienſi ad fluvium *Iken*, hodiè verò *Iching* nominatur. Vicini erant olim Segontiacis, Bibrocis, Ancalitibus, & Caſſis, hujus regionis incolis, nequaquam itaque inter Icenos Norfolcianos quærendi. Hi ſe Cæſari dedide- Monaſt. Ang. vol. 1. p 210. Cæſar. de Bell. Gall. L. V.

runt,

runt, hos ille Icenimagnos appellat, ſeu Cenimagnos, ortos fortè à Cenomannis Gallicis, ex regione nimirum illâ quæ nunc dicitur *Mayne*; unde hîc adhuc oppida *Meanſtoke*, vel *Mayenſtoke*; *Meansborough*, & *Mean*. Neſcio an hîc traham quod
p. 300. Ravennas Novio Magno, & Ptolemæus inter Icenimagnos Portum Magnum recenſeat.

SITOMAGO. *Thetford*. Romanorum nummos hic repertos eximius ſcribit Norwicenſis Medicus *Thomas Bruno* Eques. Camdenus tamen non multum ponit in ullis monumentis quæ hic oſtenduntur, cur exiſtumet Sitomagum eſſe *Thetford*, ſed conjecturas ſuas adſtruere ex quadam ut vult, affinitate nominum ſatagit. Si idem ſint oppidum, mutandi ſunt numeri, M. P. in XXI.

Eſt in his oris vetus oppidum *Wulpet*, Situmagus ſi Britannicum *Cidwm* interpreteris, eſt *Luporum habitatio* vel *domus*: Huc facit quod multi Antonini codices Mſs. Situmago exhibeant. Sunt quoque ad *Wulpit* (qood Anglicè Luporum *foſſa*, vel *caverna* ſonet) magnæ & profundæ foſſæ, qualia ferè ſunt Romanorum opera; ſed & numeri apud Antoninum faciliùs cum hoc *Wullpet* quam cum *Thetford*, conciliantur, quippe quod à *Caſter* XXVIII. M. P. diſtat.

COMBRETONIO. *Brettenham*, Vallis ad *Bretton* fluvium. *Cwra* Britannis eſt Vallis, & fluvius *Bretton Brettenham* alluit. Nomen itaque utrinque non malè reſpondet, ſed numeri nullo modo, qui quinque modò conficiunt. A Venta Icenorum Romanum iter duxiſſe huc veriſimile eſt, & circumquaque

quaque eorum nummi, in locis aliàs obſcuris ebulliunt.

AD ANSAM. Leviculâ mutatione AD PANSAM. Duos hujus fluviolos nominis habes in hiſce regionibus, unum qui non procul ab oppidulo *Redwinter* oritur, & ab accolis vocatur hodie *Aqua Nigra*; alium qui juxta *Barklow* naſcens agrum Cantabrigienſem per *Linton* & *Pansford* alluit, & in Camum tandem abſorbetur. Ad fontes hujus velim ſtationem hanc allocari, tum ob varia antiquitatis veſtigia, & nomina quæ hic ſe promunt, tum ob diſtantiam ſatis congruam hinc Combretonio, illinc Coloniæ Camuloduno.

The black Water.

Caſtle Camps.
Shedy Camps.
Barklow.

At ſi quid certi eſſet in eo quod ſcribit Harriſonus, Sturum ſcilicet amnem qui diſterminat Suffolcianos, & Eſſexienſes, olim vocari *Enſam*; nuſquam alibi quam ad ripas ejus ſtationem hanc quæſivero, & illam alicubi in vicinia oppidi *Haverill*, unde & diſtantia utrobique pulchrè cum Antonini numeris concordaverit.

v. Hollingsheads Chron p. 105.

CAMULODUNO. In nummis abbreviatè CAMU. Fluvius oritur, ut diximus, in confiniis Eſſexiæ, cui nomen Camus, *Cam* Britannis; Collem ſive *Dunum* præterlabitur, cujus à vertice urbis Romanæ reliquiæ regias ſedes, *Audley-end*, deſpectant, ſed ad primum ab hodierno oppido *Walden* lapidem, & Occidentem verſùs. A Fluvio iſto & *Duno* Camulodunum formârunt Romani ſuum. Saxonibus fuit *Waldeuburgh*. Dunum hoc ab incolis jam vocatur *Sterbury-Hill*, ubi & aureus Claudii Cæſaris nummus,

vide CAMBORITUM.

Sir Tho. Smith Life p. 130. Holling. p. 21[illegible]

mus, & argentea patera, operis, ponderis, & formæ antiquæ detecta fuit.

Multa ſunt quæ ſuadent, hic fuiſſe celebrem illam Romanorum Coloniam. Sedet ad vias militares, quarum illa, ad Boream, altera ad Eurum & Icenos flectit. Multa & manifeſta ſeſe ingerunt circumquaque Romanorum monumenta: Coloniæ termini, vel ager arcifinius ad *Arcden*; ſepulchra & tumuli ad *Barklow*; ciſtæ lapideæ, oſſibus aduſtis plenæ, quales deſcripſimus ad PRÆTORIUM, in campis vicinis erutæ; nummi plurimi, pavimenta; præſidia & Caſtra ad utramque *Cheſterford*; ad *Caſtle Camps*, & * *Shedy Camps*, Caſtella, qualia circa Coloniam Camulodunum poſita recenſet Tacitus. *Fœminâ duce*, inquit, *exurere Coloniam, expugnare Caſtra potuere.* Et *ſumpſere univerſi bellum, ac ſparſos per Caſtella milites conſectati, expugnatis præſidiis, ipſam Coloniam invaſere.* Quid niſi caſtra & caſtella, ſupra nominata, hic innuit Hiſtoricus? Quid niſi præſidia illa quæ inter Icenos & Camulodunum rectâ interjacebant, & quæ expugnari, antequam ipſam coloniam, neceſſitas rei poſtulabat? quænam alia poteſt eſſe Colonia ab Icenis, & Trinobantibus ad rebellionem commotis exciſa, quam ad Camulodunum hoc; quam illuc præſago ſatis timore, validâ veteranorum manu deduxerat Oſtorius, cum Silurum genti, longè ab his oris remotæ, bellum inferret, ut ſubſidium eſſet adverſus rebelles, & imbuendis *Sociis* ad officia legum? Quinam ſocii niſi Londinates, & Verolamienſes, qui deleto hoc Camuloduni ſubſidio, ab hoſte ſtatim oppreſſi ſunt, cum internecione Septuaginta Millium civium & *ſociorum?*

* Forte Sidii Getæ, qui cum Veſpaſiano meruit, imperante Claudio Dio. l. 60. in v. Agrippæ. Galgacus.

Tacitus.

Tacitus.

His

His adde ſitum loci adeo ſalubrem eſſe, & amœnum, ut nihil ſuprâ facile videas, unde & hîc *Amœnitati priùs quam uſui conſulebatur à ducibus Romanis.* Campi lætiſſimâ ſegete ubique arrident, id eſt quod Cunobelini nummus per Spicam repræſentant, hic enim Regiam ſuam habuit. Tacitus. Dio. l. 60.



Aliâ ex parte valles blandiſſimo Croco (unde nomen hodiernum *Saffron Walden*) ſpirant, qui licet in hanc inſulam longè poſt Romanorum tempora primùm advectus fuerit, & ſeri cœperit, ſolum tamen arguit fœcundiſſimum, cum alium planè ſpernat. Inde montes ſylvis coruſcant comantibus, hinc campeſtres planities in immenſum diffunduntur, ad venationes & equitandi voluptates comparatæ, quod ipſum Cunobelini in nummis equus non obſcurè indicat. Ad hanc igitur *Walden*, Reges Trinobantum, loci jucunditate allecti, ſuum condidere Palatium, Romanique Coloniam deduxere. Qui verò volunt Coloniam hanc ad *Maldon* (ob tenuem vocabuli ſonum) figere, oſtendant vel volam vel veſtigium Romanæ ibidem elegantiæ: cætera non confero quæ circa *Walden* attuli; unum dico, Cererem adeo odiſſe Maldonenſes ut plerumque neceſſe habeant frumentum è longinquo devehere.

Alii interim Coloniam hanc *Colne-Ceſtriæ* ſuſpicantur conſediſſe. His repugnat quod Antoninus Ca-

malodunum & Coloniam non pro diverſis locis habeat, quod tamen hi admittunt, licet in diverſis itineribus ponat, ut ſupra monui; & Ravennas ex veritate Camuloduno jungit Colonia, ita enim ſcribendum eſt pro Camulodulo. Denique, ne quid dicam de inſanabili numerorum diſcrepantiâ, ſi eos ad *Colne-Ceſtriam* referas, oportet ex illo nomine Britannicum aliquod vocabulum erui, quod ſono Camulodunum repræſentet, nam Britannicum ſervârunt Romani.

p. 303.

Non nego ſtationem, vel oppidum Romanum aliquando fuiſſe *Colne-ceſtriæ*, id nummi retecti probant, ſed nomen loco Colaneam contendo, ut eſt alii ad Boream, (de quâ Ptolemæus) non Coloniam, fuiſſe. Quæ res non obſervata aliquos hic in errorem impulit. Appellationem illam à fluvio *Colne* ſumpſit, *Colneceſtria*, quemadmodum & illa alia Colania (pro quâ corruptè poſt Camalodunum Ravennati eſt Calunio) inter confinia Lancaſtrenſis & Eboracenſis agri. Emergit ex monte *Colne-hill* dicto fluvius ille non procul ab oppido, ubi plurimæ Romanorum reliquiæ (inter quas patera nummis Gordiani, & Voluſiani referta) ſunt inventæ.

Almonbury. p. 304

Integram de Camaloduno inſcriptionem, quam alii ex Grutero mancam adduxerunt hic legas.

CN.

CN. MUNATIUS. M. F. PAL.
AURELIUS BASSUS
PROC. AUG.
PRÆF. FABR. PRÆF. COH. III.
SAGITTARIORUM. PRÆF. COH. II.
ASTYRUM. CENSITOR. CIVIUM.
ROMANORUM. COLONIÆ. VICTRICENSIS.
QUÆ. EST. IN. BRITANNIA. CAMALODUNI.
CURATOR. VIÆ. NOMENTANÆ.
PATRONUS. EJUSDEM. MUNICIPII.
FLAMEN PERPETUUS. DUUMVIRALI.
POTESTATE. ÆDILIS. DEDICATOR. IIII.

CANONIO. *Little Canfield.* Fluviolus hic dicitur *Can*, unde Canonium. Propè *manerium* (*Canfield Hall*) cernuntur duo munimenta antiqua, quorum utrumque altis præcingitur foſſis; alterum quidem in colle ſatis edito, alterum quadratâ formâ, in humiliori, ut nunc, apparet; hoc tamen & illud aquis ex fluviolo derivatis includitur: poſterius etiamnùm appellatur *the Caſtleyard.*

Eruuntur hic rudera antiqua, veluti Oſtium quoddam grande cum ſuis cardinibus (quod nunc Eccleſiæ parochiali oſtio eſt) olla ferrea, & cæmenta. Ebulum hic copioſè provenit, in Eccleſiæ etiam cæmiterio, proximoque agello, uti ſolet, circa ruinas. Diſtantia hinc à *Walden*, illinc à Cæſaromago (ſive ſit illa ſtatio *Writtle*, ſive *Witham*) proximè accedit ad numeros, quos utrique loco aſſignat Antoninus: unde & parùm dubito me, & Camu-

 loduni,

loduni, & Canonii his in oris Sedes invenisse.

CÆSAROMAGO. vide Iter V.

DUROLITO. *Leighton-stone.* Hoc suadent varia hîc Romanorum vestigia, urnæ, & ossa combusta indiès reperta. Nec non trajectus fluminis Liti (hodiè *The Lea*) *Oldford*, hoc est *Antiquum Vadum*, dictus. Corrigendi idcirco sunt numeri, & pro M. P. XVI. à Cæsaromago ad Durolitum lege XXVI. à Durolito ad Londinium M. P. V. pro XV. qui tamen juncti summam milliarium conficient eandem, quam posuit Antoninus.

ITER X.

A GLANOVENTA MEDIOLANUM.

M. P. CL.

GALAVA.	M.P. XVIII.	*Walwick.*
ALONE.	M.P. XII.	*Whitley Castle.*
GALACUM.	M.P. XIX.	*Whellep Castle.*
BREMETONACIS.	M.P. XXVII.	*Overburrough.*
COCCIO.	M.P. XX.	*Ribble-chester.*
MANCUNIO.	M.P. XVII.	*Manchester.*
CONDATE.	M.P. XVIII.	*Congleton.*
MEDIOLANO.	M.P. XVIII.	*Meivod.*

Gebrin hodie. GLANOVENTA. Fortè *Gebrin* Bedæ, Regia olim villa in *Glendale*, quæ in viciniâ suâ *Anterchester* prospicit; cujus nomen & rudera satis præ se ferunt Romanorum temporum, & cujus è ruinis *Gebrin*, verisimile est, nascebatur.

Fluvius

Fluvius ille qui nunc *Bowent*, *Glan* olim dicebatur vel *Glain*, ab eo tota vallis nomen traxit *Glendale*, Notitia quidem Imperii, Glanibentam ponit ad Lineam Valli, ſed ita ferè laxè locuta eſt, ac cum Aballabam etiam ad Lineam Valli deſignaverit, quæ tamen ad XXV. abeſt à Vallo lapidem, hæc autem ſtatio XXXIV. p. 177. *Appleby.*

GALLAVA. Videtur eſſe *Walwick* cujus tamen diſtantia minimè conveniat cum numeris Antonini ab *Anterchester*, nèc meliùs ſe habet reſpectu eorum ad Alonem. Diſtat Gallava IV. M. P. à *Portgate* ubi via militaris Vallum penetrare videtur.

ALONE, ſcribitur & ALIONE. Cohortem tertiam Nerviorum ſtativa ſua hic habuiſſe teſtatur Notitia Imperii, & lapis ad *Whitley Caſtle*, ubi fluviolus *Alne* in Tinam volvitur, repertus, ad viam etiam Militarem, *Maidenway* dictam, non alio loco quærendam eſſe hanc Alonem indigitat, cum ibi à Præfecto Cohortis tertiæ Nerviorum poſitus fuerit. p. 177.

IMP. CÆS. L.
BICI. ADIABENICI. PARTHICI
MAX. FIL. DIVI. ANTONINI. P.
SARMA. NEP. DIVI ANTONI. P. PRON.
DIVI. HADRIANI. ABNEP. DIVI. TRAJANI
PARTH. ET DIVI NERVÆ ADNEPOTI
M. AURELIO. ANTONINO. PIO.
FEL. AUG. GERMANICO. PONT. MAX.
TR. POT. X. IMP. COS. IIII. P.P.
PRO. PIETATE. ÆDE. VOTO
COMMUNI CURANTE
LEGATO AUG.
PR. COH. III. NERVIO.
RUM GR. POS.

Diuturno ſatis tempore ſtationem hanc Cohors hæc tenuit, quæ ſub Antonino Pio Ædem hîc poſuit, nec dum reliquerant illam imperante Theodoſio Juniore, cujus ſub auſpiciis Notitia Dignitatum utriuſque Imperii conſcribebatur.

Præter lapidem hunc, & multa alia vetuſtatis ſuæ Indicia oſtentat ita ut cum Camdeno hic Alonem ſtatuendam eſſe nullus dubito, quanquam multùm repugnent Milliarium numeri, qui hùc à Gallavâ pro XII, mutandi ſunt in XXII. Ravennatis Alunna videtur.

GALACUM & GALATUM. Κάλαγον & Κάλατον Ptolemæo. Hodie *Whellep Caſtle*, ubi magna rudera vetuſti oppidi viſuntur; & à quo via lapi-

Camd. p. 625.

dibus

dibus conſtrata ad vallum rectâ ducit. Paululum autem hic errant numeri & pro M. P. XVIIII. reponenda ſunt M. P. XIIII.

BREMETONACIS, aliter BREMENTONACIS. Hæc credo Britannis fuiſſe *Bre-meinig-Tan*, & reddi poſſe *Collis Saxeus cui Ignis imponitur*, dictio Saxonica *Ingleburrough-hill* idem ſignificat. Non errat itaque Camdenus cum Bremetonaca locat apud *Overburrow*, ad radices hujus montis. Præter nomen, nummi, lapides inſculpti, & pavimenta teſſellata Romanam hîc figunt ſtationem. Diſtat verò M. P. XXXII à Galaco; levi negotio ex iſtis numeris fecit incuria librariorum XXVII, mutando tertiam X in V. p. 617.

COCCIO, aliter GOCCIO. *Riblecheſter* XXII. M. P. à Brementonacis. *Coch* & *Goch* Britannicè *ruber*, cujus dictionis veſtigia hodiè cernuntur in fluvii nomine *Ribble*, unde hodiernum viculi hujus nomen. Sed quamobrem appellationem hanc fluvius iſte obtinuerit, me prorſus latet; niſi velis illam, à fabulo quo impeditur, ſi ſit iſtius coloris; aut à *Rubellionibus*, ſive Salmonibus quibus ſcatet, deſumtam fuiſſe: unde forſan & habeas *Sameſbury* pagum ad ripam ejuſdem amnis ſitum.

DEO MARTI ET
VICTORIÆ. DEC.
ASIATIC. AL. SARMAT.
SS. L. L. M. I. T. C. C. N. N.

Hæc,

Hæc, ut plurimæ aliæ aræ, ex ruderibus apud *Riblecheſter* effoſſæ, & quæ ferè omnes ALÆ SARMAT, mentionem faciunt, illam hic olim conſediſſe arguit, licet de hoc apud hiſtoricos omnes altum ſilentiam.

MANCUNIO. Idem hoc eſt ac MANUCIUM in II. Itinere, abeſt autem à Coccio XXV. M.P.

CONDATE, occurrit etiam in ſecundo Itinere, ſicut &.

Prout. in II. Itin. LV.

MEDIOLANUM, quod ſi petas à Condate per Devam & Bovium, habes ad primam ſtationem M. P. XXV, ad ſecundam X, & deinde ad Mediolanum XX. M.P. ſi autem per ſemitam maximè compendiariam, non niſi peractis XLV illum attinges oppidum. In hoc equidem itinere vix & ne vix quidem una ſtatio, rectos milliarium numeros ſecum attulit.

Totum hoc iter à Glanoventâ ad Mediolanum non immeritò videatur eſſe exrra ſuum locum. Cur enim hæc oppida non adduxerit Antoninus, cum de Bremenio ultra Vallum ageret? cur nunc tandem poſt itinera tot meridionalia redeundum eſt nobis ad ultimum Septentrionem? hoc fortè movit Camdenum in primâ Britanniæ ſuæ editione, & Ortelium, ut has urbes & caſtra omnia citra murum utcunque collocarent, ſed perperàm. Cenſeo ego hoc iter, & illud à Londinio ad portum Dubris ab Imperito aliquo ſubnexum fuiſſe veteri Itinerario: illud enim iter ad Dubras, noſtris Mſs. codicibus Antonini planè deeſt.

Porrò

Porrò iter à Vindomi Callevam iiſdem ξηραῖς λέξεσι, ut aiunt, bis ponitur, ita ut iſtud à Muriduno Uroconium ex duobus diverſis in unum ſit confuſum: denique ut quædam itinera in hoc itinerario redundant, ita & alia deeſſe videantur. Nullam Antoninus à Londinio Segontium viam delineat, Anonymus tamen Ravennas non obſcurè hoc facit. Nulla nobis caſtra, vel ſtationes oſtendit Antoninus per totam Suſſexiam uſque ad Lemanas Cantianas. Totam orientalem plagam Eſſexiæ, Suffolciæ, Lincolniæ, & pro maximâ parte, Eboracenſis agri tacitus prætervolat: Totam Cornubiam ſilentio involvit, quibus tamen in omnibus multas claras urbes Ptolemæus & Ravennas agnoſcunt.

ITER XI.

Seguntio. Voſſ. p. LXXV.

A SEGONTIO DEVAM M.P. LXXXIII.

CONOVIO.	M.P. XXIV.	*Caer Rhyn.*
VARIS.	M.P. XIX.	*Bodvary.*
DEVA.	M.P. XXXII.	*Cheſter.*

SEGONTIO, alitèr SEGONCIO & SEGUNCIO. *Caerſegont*, nunc *Caernarvon.* Fluvius *Segont* hodiè illam præterfluit, unde nomen antiquum hauſit. Palatinus Mſs. Ptolemæi habet Σεγοντίων λιμὴν, portus ille hîc videtur collocandus ad oſtium fluvii. Civitatem hanc vocant ſcriptores Britannici *Caer-Cuſteint*, i. e. Conſtantini, fratris nempe Aldroeni, de quo vide Ranulphum Ceſtrenſem, anno 443. erravit itaque Ninnius, cumque eo alii, qui à Conſtantio

p. 103.

ſtantio Conſtantini Magni patre urbem appellatam credunt. Plura vide in VINDOMI. Anonymus Ravennas iter tale ſecutus eſt, Mediomano, Segontio, Canubio, Mediolano, Sandonis, Deva Victrix.

In Itinere XVI.

CONOVIO. Fluvius qui hodiè appellatur *Conwey*, urbis rudera quæ *Caer Rhyn* pro *Caer Hyn* (*Urbs antiquior*) ſonat, alluit ad tertium ab oſtio ſuo lapidem: quæ & videtur ita dici reſpectu novæ iſtius urbis ab Edwardo Primo ex ſpoliis hujus excitatæ.

Aber Conway. Camd. p. 535.

